

33

DISSE<sup>10</sup>RAT<sup>2</sup>T<sup>3</sup>O HISTORICA,  
De  
**FANATICIS  
SILESIORUM,**  
ET SPECIATIM  
**QVIRINO KUHLMANNO,**

Quam  
**DIVINIS AUSPICIIS,**  
PRÆSIDE  
**Dn. M. Gottlieb WERNSDORFIO,**  
FACULT. PHILOS. ADJUNCTO, & h.t.  
DECANO SPECTABILI,

VITEMBERGÆ SAXONUM,

Ad Diem XXII. Octobr. Ao. O. R. M DC XCVIII.

H. L. Q. C.

Publicè defendet

AUCTOR-RESPONDENS

**M. Gottlieb LIEFMANNUS,**  
Vratislaviensis.

**VITEMBERGÆ**, Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typogr. 189.

Dissertatio Historica

De

# HANATIGIS SILVESTRUM

et SPECIATIM

## CURING-KUMMANN

DIVINITAS AUSPICES

EXCELSA

## DEUTSCHE ALTBEDORF

REGULI PHILIP. VDINOTO. & H.

DECATO SPECIATORI

ALTEMBERG SAXONIA

DOMINI XXXVII OQVS. AN. 6. M. 20. Z. 20. M.

186

PUBLICA DEFENSIO

MOTUS REACTUS HABENT

## M. SCHULZ I. LEBMANNUS

DISCUSSIONE

186

THE CURING-KUMMANN SCHOLASTA. AGAD. THEOLOG.

186



Q. D. B. V.

EXERCITATIO HISTORICA,  
De  
FANATICIS SILESIORUM.

P R A E F A M E N.



E Quirino Kuhlmanno, Vratislav. juvēne non indocto quidem, aſt fanatico nostris temporibus in- felici, ejusque studiis, erroribus & fatis, bono cum D E O dictu- rūs non abs re aut à tempore hoc nostro alienum fore putavi, si Kuhlmanno jungerem alios ci- ves, & fanaticos ex inclita Silesiorum gente oriundos iusta recenſione exponerem ac indicarem. Quum itaq; & curam atque diligentiam in perquirendis Patriæ rebus ponerem, non parvam ſane illorum numerum confeci, qui & hoc, quod præceps ruit, & ſuperiori ſeculo publicam Ecclesiæ quietem novis ſuis opinio- num monſtris turbatam afflixerunt & Christianam rem alias labantem & undique ab hostibus laeſſitam in diſcriſmen adduxerunt. Ab eo enim ſtatim tem- pore, ex quo B. noster Lutherus cœtum diviniorem à Pontificiorum ſordibus per sanctiſſimi Numinis gra- tiam feliciter repurgaverat, aꝝ oꝝ DEI hominumq; hostis Ecclesiæ ſtruxit iſidiās & aſtutè laboravif, ut fœdiſſimiſ erroribus puritatē Evangelii corrum- peret ac inquinaret atque hac ratione curſum faluta- riſ doctrinæ quadantenus retardaret. Quo in nego- tiq; ejusmodi hominibus utebatur, quos tacuiſſe &

A. a.

ipſo

ipsorum memoriæ & salutis multorum interfuisset;  
qui cum ad nullam purioris doctrinæ formulam ad-  
stringi se paterentur, propugnolas hæreses dissemina-  
runt & sp̄ecie pietatis in familiaritatem simpliciorum  
admissi suis pollicitationibus quamplirimos à recta  
pietatis via abduxerunt. Quibus in ipso ortu oppri-  
mendis sedulo quidem curam gerebant Ecclesiæ  
Doctores & pavidas conscientias contra prava falsaq;  
dogmata sanctissimo DEI verbo communire satage-  
bant; quo minus tamen teterimas hæreses funditus  
exscinderent & extirparent, obstitit callidi serpentis  
astutia & inquietorum hominum malitia. Hinc illud  
optato obtinuit humani generis hostis, ut cum lerna  
fanaticorum hac decrepita, qua vivimus, mundi ætate  
depugnare & conflictari necesse habeat orthodoxa  
Ecclesia, ubi uno & altero hoste feliciter prostrato  
vel sexcenta subinde renascentium capita divinæ  
puriorisque veritatis assertoribus magnum multumque  
negotii denuo facebant. Quod imminens exinde &  
pietatis & fidei Christianæ periculum, quoties mecum  
expendi, expendi autem sæpius, toties magno dolore  
percussus infelicitatem nostri ævi deplorare satis non  
potui. Ex eaque ratione & quod dulcissime Patrie hanc  
pietatem debeam, præsens, quod rubrica Dissertatio-  
nis refert, argumentum pertractare & fanaticos nostre  
gentis precipios, Historica saltē narratione, breviter com-  
memorare mecum constitui. Publicè vero rogatos mo-  
nitosque volo omnes, quotquot Historia Patrie illu-  
strandæ operam navant, ut si qua in re lapsum me  
forte deprehenderint, me bonum est nibil humani alienum  
à me esse meminerint. DEUS autem nostro  
labori ex alto benedicat!

Q.D.

s. A.

Ante



## I.

**A**NTE verò quam in amplum hunc differendi cam-  
pum me inferam, paucis exponendum est, quinam  
dicantur *Fanatici*, & quid vocabulo hoc apud Latinos  
denotetur. Ubi quidem negari non potest, illud se-  
mel & iterum apud aureæ castæque *Latinitatis Scri-  
ptores* (a) legi, & sumi pro homine *euθεων*, Numine af-  
flato, furiis correpto, qui à Dæmone incitatus apud  
non Christianos divinabat & quærentibus responsa  
dabat: usi tamen & loquendi consuetudine à Theo-  
logis recepta præter *ILLOS*, qui diviniori scriptura ac  
reliquis salvandi mediis vim & auctoritatem impie dero-  
gant, & contra nescio quos, divinos afflatus, visiones An-  
gelicas atq; cœlestes revelationes temere jactant & men-  
tiuntur; EOS quoque notat homines, qui simulata vite  
sanctimonia tumentes sacrum in Ecclesia & Republ. ordi-  
nem impugnant & perturbant, regnumq; aliquod in his  
terræ per mille annos continuandum piis pollicentur, quan-  
dog; etiam in tumultus proni periculosos morus excitant, qui  
auctorum exitio plerumq; terminantur. Ut adeò non so-  
lum Enthusiastæ noviq; Prophetae, verum etiam Chiliaстæ,  
*Anabaptistæ*, Tremuli aliquie communi nomine Theo-  
logis dicantur *Fanatici* (b).

## A 3

## II. In

(a) *Cic.* pro *Domo sua* §. 105. homo *fanaticus*. *Liv. lib. XXXVIII.*  
c. 16. *fanatico carmine varicinantes*, it. *Juvén. Sat. II. p. 112.* *crine*  
*Senex fanaticus albo sacrorum antistes*. A *Fano* autem derivari *Fa-*  
*naticum*, nemo non videt, in *fanis* enim hujusmodi homines sa-  
crae operabantur. Vid. *Lexicogr. h. v.*

(b) *Conf. A. C.* Art V. *Art. Smalc. P. III.* Art. VIII. p 33. S. *Epit.*  
Art. II. p. 581. & söl. *Declar. Art. II. p. 655. 668. 678.* Edit de Amto  
1612. & *Auctores omnes*, qui adverfus eos scripsérunt magno nu-  
mero relati à B. Sagitt. *Intr. od. in H. E.* p. 826. l. 944. B. D. *Pfeiff.*  
Ant. *VXX. Q.M. 3. A.B. J. 394. 1023*



II. In his, quos *Silesia* tulit, principem locum, meo  
quidem judicio, facile obtinet *Heresiarcha CASPAR à  
SCHWENCKFELDEN*, (c) equestri genere perantiquo  
& præclaro circa A. C. 1490. (d) natus in vico *Ossinga*  
Lubenensis districtus, Vir alioqui probi, ut videbatur,  
animi & avitæ Virtutis haud indignus heres. Sacris  
initiatus inter *Sacerdotes*, quos *Canonicos* vocant, *Colle-  
giū Lignicensis ad D. Johā*, dignitate fortunisque emi-  
nuit, sed cum *D. Lutherus* publica dissensio ab sedis  
Romanæ obsequio solemnem discessione ficeret,  
& Hic errores, quos Papa Ecclesiæ obtruserat, aliqua  
ex parte agnovit. Hinc Ao. 1524. libellum edidit in-  
scriptum *Jacobo de Salza, Vratislav. t. t. Episcopo* eumque  
ad amplectendam puriorem Evangelii doctrinam  
modestè invitavit; hic vero Pontifici obnoxius adeò  
quidem fuit irritatus, ut Schwenckfeldio acriter se

oppo-  
Anti-Enth. Cap. I. p. 13. & Magnif. Dn. D. Neumann. Disp. II. de Tre-  
mulis. Leg. qvoq; Cl. Colberg. Christian. Hermet. Plat. p. 218. 384. it.  
Hornbek. Sum. Controv. I. VI. qui agit de Enthusiastis & Fanaticis.  
Spanhem. Elench. Controv. p. 87. f. & Disp. de Enthus. Synt. Disp. P.  
II. p. 281. f. nec non B. D. Pfeiff. Anti-Chil. Cap. II. p. 52. 53. f.

(c) Probe hic *distinguendus* est à *Sympatriota ouavvūw Gryphi-  
montano*, *Med. Doct. & Gorlicensis Urbis in Lusatia superiori Pola-  
tro Scriptore de Historia Patrie Naturali optime merito*. Vid. Cl.  
Mart. Hanckij Orat. p. 221. & Joh. Mollerij Homonymoscop. p. 77. f.  
*Confundit eos Bob. Balbinus* in *Misc. Hist. Boh. Dec. I. lib. 3. c. 6. §.  
c. 6. §. 5. gemmæ*, inquit, *quamplurimæ & pretiosi lapides pre-  
sertim sub Giganteis montibus leguntur*, de qvibus proprio libro  
egit avorum memoria *Silesius Heresiarcha Schwenckfeldius*. Eun-  
dem errorena errat B. Dn. Er. Francisci in *Annot. ad Ill. Bar. de  
Valvasor Thre des Herzogthums Crains*, lib. III, c. 4. cuius ver-  
ba hoc transferre brevitatis causa supersedeo.

(d) Teste. Abr. Bucholz. in *Chron. Mag. & Abr. Sculteto in Ann.*  
*Ecc. Dec. L. ad A. C. M. D. XXV.*



opponeret ac nil haberet antiquius nec quidquam ageret diligentius, quam ut consilia aususque ejus prudenter interverteret. A Lutherò enim manie-  
ste dissentiens (e) & in gravissimos errores (f) pro-  
lapsus multos pertraxerat in suam sententiam, etiam

quod

(e) Volut enim esse neutrālis & scepticūs (verba sunt Wigandi ap. Schlüsselburg. lib. X. Cat. Hæret. p. 28) publiceque testatur; fæse neg, cum Papistis neg, cum Lutheranis sentire, eo qvod in utrisque quoad doctrinam, ceremonias, totiusque religionis constitutionem plurima desideraret. Vid. quoque Micräl. I. III. Synt. H. E. p. 513. & conf. ipse Schyvenckf. T. I. Ep. 8. T. II. Ep. 46. 48. Ne-  
mo igitur cum Bellarm. lib. IV. de Not. Eccl. c. 10. & lib. I. de V. D. c. 3. Schyvenckfeldium dixerit A.C. solum, qui Veritati publice contradixit & nunquam Lutheri fauorem se professus est. Leg. Comp. H.E. Goth. lib. II. p. 763.

(f) Capita errorum præcipua sunt: Scripturam non esse verbum DEI, sed creaturam & litteram mortuam, tamque & Sa-  
cra menta nihil conferre ad salutem, carnem Christi de cœlo esse,  
nostræque non consubstantialem, legem DEI facile impleri pos-  
se, expectandos esse electis divinos Enthusiasmos; fidem Essen-  
tiam divinam esse; fideles easdem cum DEO habere essentia-  
les Virtutes & ex ipfissima DEI essentia generari, &c. Pro-  
pter hæc & plura foedissima opinionum portenta, Lutherus, Phil.  
Melanchthon, aliquæ ipsum familiari denominatione vocabant  
Stenckfeldium. Vid. Luth. T. VIII. Opp. Jen. & Carpzov. Isag.  
in LL. SS. p. 1698. Discussa & refutata ejus dogmata Leg. in F. C. p.  
828. f. Schlüsselburg. Cat. Hæret. lib. X. quem totum impedit huic  
Hæresi. D. Wigand. Tr. int. de Schyvenckf. Micräl. I. c. Osiand.  
H.E. Cent. XVI. lib. II. c. 3. Dieter. Diss. de Fanatic. Schyvenckf. &  
aliorum de V. D. Dan. Tossani Censura aliquot errorum C.  
Schyvenckf. circa doctrinam de Persona & forma Christi. Cl.  
Colberg. I. c. p. 213. Hoornbeck. I. c. & System. Theol. passim,  
speciat. Loc. de efficac script. S. & Sacram. Add. Fr. Lucæ Chron.  
Syl. p. 309. Apud D. Casp. Conrad. in Prosopogr. Mel. ita loquitur.

Natus



quod mireris, optimum Principem *Fridericum II.* glor.  
mem. quem tamen mature ad saniora consilia reduxe-  
runt orthodoxi Theologi, in primis (g) *Val. Fridl. Trocen-  
dorfius*, Vir certe doctissimus. *Specie pietatis* (h) more be-  
reticorum (i) incautos seduxit, & brevi tempore totam  
fere Silesiam sua hæresi infecit ac disseminatos erro-  
res ex voto suo ubiq; propagavit. *Quum autem per-  
multos in Patria excitaret turbas, Regia Ferdinandi I.*

auto-

Natus eqves pia sacra colo, sed voce *Jehovæ*  
Edita, non verbi voce ministerii.

Qyanquam autem perniciosæ ejus sententiae ab Ecclesia publice  
fuerint damnatae, certissimus tamen est *Dn. D. Petersen.* in Nube  
Test. Verit. de Regno Chr. glor. lib. III. p. 35. spem illam futurorum  
temporum, quam firmissime fovisse se subinde confirmat Schvvenckf.  
nonnisi per bonum DEI Spiritum in pio corde ipsius fuisse succensam &  
fuscentiam. De quo judicio viderint Theologi.

(g) Leg. in hanc rem Scultet. l. c.

(h) Ideo alter *Enochus* suæ sectæ hominibus audit teste Span-  
hem. El. Contr. p. 88. Unde etiam Bucholz. ap. Scult. l.c.p. 269.  
*Schvvenckfeldio non defuisse cor bonum sed caput regulatum* judicat.  
Idem fere sentit Melch. Adam in vita Bulling. Ipse Pomeranus  
in privato Colloqvo: credo eqvidem, inquit, te non malo animo  
hæc agere, etiam piam te æstimo. Vid. Schvvenckf. T. II. Opp.  
Ep. 4. p. 33. Zwinglii & Carolstadii de eo judicia legi possunt ap.  
Hoornbeck lib. VI Sum. Contr. p. 440. seqq.

(i) Ita de *Arianis* refert Sozom. lib. I. H. E. c. 15. quod sub  
pretextu pietatis & perfectionis DEI cognitionis res antea minime  
tentatas in quæstionem vocarint. Idem de *Pelagianis* testatur Hier.  
T. II. lib. 3. adv. Pelag. p. 308. De *Mahumede* vero, quod περὶ  
Φαρισαῖον pietatis gentem sibi conciliarit, Damascenus semel ite-  
rumque commemorat de Hæref. p. 377. de *Anabaptistis*, quam speci-  
oso pietatis Schemate pallient nugas suas & sanctimonias specie ve-  
luti glaucomate fascinent quamplurimos. B. Hunnius in Princ.  
Theol. Fanat. §. 1. f. exponit. De *Pharisaïis* ipse Christus Matt.  
XXIII. 27. Vid. D. Pfeiff. Anti-Chil. p. 113.



auctoritate commotus Princeps modo laudatus eum  
A.O. 1527. Silesia excedere jusit, (k) ex quo tempore  
Germanie civitates peragravit, ubique vel lectam suam  
instituens, vel modis omnibus augens. Argentorati  
in primis, ut ægre faceret Lutheru, calatum (l)  
contra puriorem doctrinam strinxit & Capitoni im-  
posuit, qui libellum ejus quendam præfatione orna-  
vit. Ulma cum Martino Frecbo coram Senatu de  
doctrina conflictatus est, Auguste clam conventus egit,  
Norimbergæ concionatus fuit, atq; hinc inde Nobilium,  
Baronum, Comitum aulas pererrans Ulma (m) tan-  
dem

## B

(k) Conf. Scult. l. c. p. 279. & si placet, Fr. Lucæ Chron. p. 310.

(l) Ipse Schyvenckf. haud modice gloriatur Tom. I. Opp. p.  
60. se intra 30, annorum spatium plures quam 50. libros edidisse.  
Hinc B. Lutheru in epist. utinam, inquit, me missum faceret suis  
libris qvos Diabolus ex ipso vomit cacatque &c. Conf. Schlusselb. I.  
c. p. 43.

(m) Graves hujus rei auctores testesque locupletes produco  
Scultet. Bucholz, Joh. Jac. Boissard. Part. IV. Elog. qvo loco  
Vitam & scripta Schyvenckfeldii recenset. De eo quid m dubi-  
tat Fr. Lucæ p. 310. Chron sed præter rem & rationem. Nec fa-  
cit Ossinganus tumulus, ut ab hac sententia me dimoveri patiar.  
Parum enim præsidii pro tuenda sua conjectura in eo Virum ce-  
teroqui doctissimum invenire puto. Et si quidem illo proba-  
tur monumentum istud in honorem & memoriam nobilissimi Virtu-  
tis alio loco defuncti positum ex structumque esse, tamen id multum ab-  
est, ut evineat Schyvenckfeldium in Silesia obiisse tumulatumque  
esse. Nam tumulus iste cadavere omnino vacuus conspicitur &  
Cenotaphium est; id qvod eo magis assequi quisque potest, qvod  
exploratum est, Hæresiarcham semel ejecatum in Patriam nunquam  
rediisse. De qvo eo minus dubitandum existimo, quoniam id  
M. Sam. Edelius, Eccles. Ulmens. suo assensu comprobavit, quippe  
qui Schyvenckfeldium Ulma in cella quadam sepultum commemorat  
Hom. VIII. Part. II. Qvæst. Catech. p. 134.



dem Sueviorum Ao. 1561. (n) X. Dec. decessit senex 71.  
annorum. Pro *Symbolo* usus esse dicitur hac senten-  
tia: nil Christo triste recepto.

III. In Silesia *Schwenckfeldius* opinionum suarum  
*adversarios* habuit Val. Fridl. Trocendorfum, (o) ce-  
lebreim sui temporis Virum & Scholæ Aurimontanæ  
Rectorem; Hier. item Wittichium, Bregens. Eccle-  
siast. Joh. Gigantem, Northusanum, Pastor. Freistad. &  
Svidnic. Laur. Harttranftium, Paroch. Gusmansdorf.  
(p) alios. Ipse certè *Maximilianus II.* Imp. gl. m. Prin-  
ceps, cui Silesia & universa propemodum res Evan-  
gelica multa debet beneficia, sium in ejus assecelas  
odium publicè contestatus est, cum Ao. 1563. VI. Dec.  
*Vratislavensium Ecclesiarum*, quæ superioribus modo  
annis opera & consilio D. Job. Hessi, D. Ambr. Mo. bani, &c.  
puriorem Evangelii cultum receperant, Ministros cle-  
mentissima admissione dignaretur, ubi per D. Uldar.  
Zasium, Regium Pro-Cancellarium disertè ipsis deman-  
davit, ut pro munericu*s* ratione sedulo caverent, ne  
*Schwenckfeldii heres* in nervum erumperent & latius in  
Ecclesia serperent diutiusq; obtinerent. (q) Qui etiam Re-  
giæ

(n) Sequor auctoritatem Abr. Bucholzeri, Scriptoris accurati  
& fide dignissimi, qui eodem tempore vixit & errores Schwenck-  
feldii acerrimè impugnavit. Reusnerus verò non accuratas tem-  
porum init rations, & pro anno 1561. emortuali perperam ponit  
annum 1558. In eo autem nobiscum facit, quando apud Svevos  
mortuum sepulcrumque Hæresiarcham aliorum auctoritate confir-  
matus affirmat.

(o) De quo omnino legi meretur Melch. Adam. in Vit. Phil.  
p. 170. seqq.

(p) Conf. pluribus Sculter. I. c.

(q) Vid. Schickfus. noster lib. III. Annal. Sil. c 9. Henel. Breslogr.

p. 14.



giæ voluntati ea, qua par est, pierate obtemperantes  
enatam jam hærelin omni conatu tollere & penitus  
exstirpare allaborarunt, tantum tamen abfuit, ut altas  
ejus radices, quas hucusque egerat, ulla ratione la-  
befactare, nedium evellere potuerint, ut potius semel  
in hominum animos admissi errores constanter post-  
ea retenti defensique fuerint.

IV. Etenim non desuerunt *in Patria*, qui deliras  
ejus opiniones cœco & stulto, ut ita dicam, assensu &  
defenderunt & propagarunt. Nos præcipios no-  
minabimus & primum quidem **FABIANUM ECCE-  
LIUM.** (r) Primus fere erat inter Evangelii præco-  
nes, qui s ad salutare Reformationis opus Ao. 1522.  
adhibuit *Fridericus II. Princeps*, in quantum Virtus &  
pietas laudari potest, æternum celebrandus. Non  
obscure savebat Schwenckfeldio ejusque fanaticis do-  
ctrinis, propterea Ao. 1529. à Principe *Aurimontem* ad  
Ecclesiæ curam obeundam mittebatur renitentibus  
quodammodo civibus. **Quum enim oppidum ipsa  
die Dom! Letare** (qua pueris mortis simulacrum in me-  
moriā fidei Christianæ à Silesiis A. C. 965 receptæ,

B 2 elimi-

p. 14. Fr. Lucæ Chron. p. 337. *Verba Regii mandari* evidētia sunt  
& propterea, quod instituto seviunt, alleganda: *Zm übrigen wol-  
let ihr allen möglichen Fleig fürwenden / damit die Regereien /*  
*bevor aus die Schwenckfeldische / welche an diesem Ohrte  
sich stark bezeuget / und Ihr. Kön. Maj. solches schmerlich vor-  
kommet / mit vieler Christen Schaden und Unheil nicht ferner  
einreissen möchten.*

(r) à B. D. Calov. T. I. Syst. Cap. IV. Sect. II. qu. 24. & Quen-  
sted. P. I. Syst. c. 4. Sect. 2. qv. 16. in Antithes. de script. effic. § 1.  
p. 172. b. 173. b. vocatur *Teckelius*.



eliminare ac efferre (s) moris est) ingredetur, ob-  
vios habuit hos ipsos accinentes: Herr Eckel / Herr  
Eckel / hat den Geist im Seckel: quo publico scommate  
exceptus sibi haud temperare potuit, quin deserto,  
quod ipsi concreditum erat, munere indignabundus  
rediret *Lignicum ad Pastoratum D. Virginis*. Ast verò  
cum nec hic ad meliorem frugem reverteretur, ve-  
rum non solum fanaticismum aperte foveret, sed &  
*Pedobaptismum rejiceret & sublatum vellet*, Ao. 1532. jussu  
laudatissimi Principis loco & dignitate motus in *Prus-  
siam* concessit & *Racoburgi* cum *Paulo Sperato* disputa-  
vit. (t) Infecta etiam ibi re cum erroribus suis denuo  
migravit in Patriam & *Glacii* docuit, quo in loco tan-  
dem ex justo irati Numinis judicio Ao. 1546. *blasphem-  
iam animam misere ejecit*. Horrendum ejus exitum  
refert *Georg. Aelurius*, (u) fide dignissimus Auctor.

V.Ea-

(s) Hinc Silesis Domin. Mortis der Todten oder schwarze  
Sonntag audit. Vid. Fr. Lichtsterns s. Lucæ Schles. Fürst.  
Krohne & Herberg. Post. Evang. Dom. Læt.

(t) Quod Curæus noster p. 443. Ann. Leon. Krenzheim. Part.  
II. Chron. p. 370. Lucæ p. 314. Chron. ceterique Silesiæ scriptores  
una voce & animo testantur.

(u) In *Glaciograph.* p. 196. Als er Anno 1546. am Himmel-  
färths Tage zu Glas auff der Cangel das Hochwird. Abendmahl zum ärgstenschändere / indem er das Brodt  
einen Schaum von Brodte neinte und sagte / welches ich mit  
Schrecken erzehle / man ließe dem Bissen Brodt nicht  
anders nach / als die Hunde einem Stücke Fleische/  
da es doch nicht Brodt wäre / ja da es doch nicht wehrt  
wäre / daß man es Brodt nennte / weil es nur ein  
Schaum vom Brodte sey; Da ließ ihn Gott über sol-  
cher Lästerung öffentl. auf der Cangel stum und frank wer-  
den!



V. Eadem tempestate vixit JOH. SIGISM. WERNERUS, Frider. Princeps Ecclesiastes Aulicus, post primarius Pastor templi Parochialis Petro-Paulini Lignic. constitutus Scholeg, quam Seren. Princeps meditabatur, Academic & Professor publicus denominatus. Hæresiarchæ persuasionibus facilem locum dedit & ob id suspectus auctoritate Principis huc Vitembergam missus est eo quidem fine, ut de mente & doctrina ejus plenius constaret. Juxta fidei normam igitur eum exploravit Phil. Melanchthon & gravissimorum errorum convictus ac damnavit. Qua re ad Principem perlata & habito optimorum consilio Wernerum suum Ao. 1540. dimisit, ex quo in agro Glacensi maxime Remgersdorff sese continuit Scholas privatas instituens & miseros agrestes nefariè seducens; ubi mortem quoque suam, incertum quo anno, obiisse dicitur. Scripsit in ipsis suorum *Catecheticas institutiones* & *Postilla*, ut vocant, de quibus tamen nihil quicquam mihi hactenus innotuit (x).

VI. Schwenckfeldius *Græca lingue Doctorem* ac dogmatum suorum fautorem habuit VAL. CRATOWALDUM, alias *Krautwaldum* dictum, quem Ao. 1523. Princeps saepius laudatus publicum *Lectorem* Lignicij designaverat, ut Epistolas S. Pauli Apost. pro concione prælegeret ac explicaret. (y) Hic Hæresiarcham, cum de Eucharistia docere & opinionem propriam

B 3 sequi

den / weil er vom Schlag also gerühret ward / daß man ihn in einem Teige-Trog mußte heimtragen. Und an solcher Krankheit ist er auf den nebstfolgenden Sonnabend Exaudi gestorben.

(x) Conf. de eo Schickfus. lib. 1. c. 40. Lucæ Chron. p. 303. 315.

(y) Vid. Scult. Micrael. l. c. Fr. Lucæ p. 299. 309.

se, ut vellet, Grecis litteris fideliter instituit & à discipulo mercedis loco neforis gravibusque erroribus imbutus fuit. Quam ob rem, quoniam experientia facis ejus dogmata errant, functione & fidei um excausus idem cum Nocatio & Wernerio futuri eodem tempore experim fidei habuit. (z) Frequentem hujus mentionem fieri in Epistolis D. Lutheri, speciatum Lib. II. Ep. 514. 515. 517. n. 3 edocet Ilustr. Seckendorfius, (a) Vir de re publica æque ac litteraria supra exemplum meritus. Jungo huius socium V. I. L. ROSENH. ALNIRIUM, Freistad. Ecclesias. Lignic. Petro-Paulinum, postea ad deliria fanatica delapidium & officio motum. In quam sententiam leg. Scultetum l.c.

VII. Idem virus mentem occupaverat SEB. EISENMANNI, qui illud Glacii, quod ultimum fanaticorum superioris seculi refugium merito dixeris, Ao. 1557. diffundere non verebatur. Non unas propterea concertationes sustinuit cum D. Christoph. Neatio, Ecclesiastum hujus loci Decano, cui quod hæresis ista magna caperet incrementa, tam indignum videbatur, ut in eâ comprimenda omnem curam adhiberet & sollicitate caveret, ne indies magis magisque invalesceret. (b) Scripsit ad hunc Eisenmannum Hæresiarcha (c) epistolam, qua eum instruit, quid adversario responderet & quomodo rem suam felici successu ibi agere posset. Ast enim verò imparem se sentiens causæq; & capiti suo metuens turpiter deseruit provinciam atque Lignicum se recepit, ubi misere tandem diem obiisse

(z) Conf. Schyvenckf. T. II. Ep. 3. 4. Hornbeck. l.c. p. 439.

(a) In Hist. Luther. lib. II. §. 19. num. 5.

(b) Vid. Aelur. Glaciograph. p. 297.

(c) Conf. Schyvenckf. T. II. Opp. l.c. Ep.

obliisse supremam Ælurium (d) modo laudatus cont.  
memorat. Addo MICH. HILLERUM, Parochum Zabo-  
tensem prope Leobergam. Tenebatur quoq; Schwenck-  
feldii erroribus, quos propagare studuit Postillis, quæ  
scripsit, Pontificiis alioquin apprimè gratis. Mortuus  
est Ao. 1557. 22. Oct. ut ex Annal. Leoberg. & Bolus.  
MSCtis refert Henr. Grossius, (e) Fridlandia Bohemus,  
Jll. Com. Herm. ab Hazfeld quondam ab officiis &  
Cancellar. secretis in Dynastia Dracomontanâ.

VIII. Nominandus hic quoque est ERASMUS WEL-  
CHENHAINIUS, Pastor circa Ao. 1580. Langenbutensum,  
prope Zabotum celebrem Silesiæ montem. Innotuit  
Postillis, quæ itidem scripsit in gratiam suæ sectæ ho-  
minum & fanaticis erroribus scatent demumque Ao.  
1680. in lucem publicam prodierunt cura Matthæi  
Israëlis, uti se vocat Pseudonymus, vero nomine MAR-  
TINUS JONAS. Hic inquilinus erat in pago quodam  
(Hockenau) non procul à Grediso monte Aurimontani  
territorii sito & Medicinam profitebatur ac Botanices  
in primis Græcæque linguae aliquam cognitionem &  
laudem sibi acquisiuerat. Librorum autem Schwenck-  
feldii, quos diurna versabat manu, versabat nocturna,  
peste corruptus peculiares cum suis synaxes institue-  
bat, cum Christiano Hoburgio verò literarum commer-  
cium. Hujus consuetudine etiam adeò delectabatur,  
ut Ao. 1670. in Belgium se conferret, quo suum cum  
Ursula quadam contractum matrimonium solemni  
benedictionis formula firmum ratumque pronun-  
ciaretur. Ibi sub ficto & ascititio Israëlis nomine li-  
bros

(d) I. c. p. 297.

(e) In MSC. lib qvem inscripsit: Silesie & Lusatiae & aliquot in  
vicinia fidena.

bro<sup>s</sup> Weichenbainii per integrum seculum absconditos  
& æternâ obliuione sepeliendos è tenebris in lucem  
protraxit. Superstite adhuc in vivis, an vero mor-  
talis sit, certo affirmare non possum. AUDITORES IN S.

IX. Neque dubitandum est, quin hodiernum in Si-  
lesia perniciose haec obtineant hereses, quae tam al-  
tas radices hucusque egerant, ut circumscribi qua-  
dantenus, tolli funditus non possint. Inter ceteros  
patitur istos errores GEORG. HAUPTMANNUS, in vico  
*Lauttersciffen* sub arce & ditione *Siebenichena* felix Me-  
dicinæ Practicus, nisi Medicastrum malis dicere, non  
ignarus Latinarum litterarum, Vir præterea animi  
moderati, & vitæ integer nec orthodoxis facile mo-  
lestus. Natus est Ao. 1635. in pago *Lauttersciffen*,  
ibique propriis sacris vacat & sine omni strepitu cœ-  
tum suorum instruit magni ab eis aestimatus. Ao.  
1692. tertiam uxorem duxit de *Saracenorū gente* oriun-  
dam, sacri tamen baptismatis fonte ablutam, qua-  
cum etiamnum, nisi me omnia fallunt, in matrimo-  
nio vivit, (f) Excurrit saepius ad vicinos, in primis  
*Harpersdorffum Aurimontani districtus oppidum*, ubi  
Schwenckfeldiani rem suam secure agunt & conven-  
tus suos tuto frequentant. (g) Et profecto ægre hic re-  
primuntur isti homines, qui nequidem persuasionibus  
nedum vi, a perversis suis sententiis dimoveri pos-  
sunt, nisi Nobiles omnibus subditis se brevi orbatos  
videre velint. Mortem enim potius sustinent aut  
agris derelictis in alias terras auffugiant, quam ut  
suos errores ejurent; eamque ob causam à nemine

dive-

(f) Hæc dum scribo, Haubtmannum non ita pridem mortuanum  
esse audio.

(g) Vid. Fr. Lucæ Chron. p. 1240.

divexantur, modo suum cuique debitum rite persol-  
vant ac servitia officiaq; fideliter obeant & præsentent.  
Longe major horum fanaticorum turba agrum Spiz-  
bergensem replet, ut à Diabolo quasi ad hujus montis radi-  
cem disseminati (h) familiari joco incolis dicantur.

X. Satis dictum esto de Schwenckfeldio ejusque  
asseclis, nunc ad alios fanaticos progreendi argumenti  
varietas & ordinis ratio jubet. Ac primum quidem  
dicendum est de NOVIS PROPHETIS, qui certi-  
tudinem implendorum se habere jactant & divinas,  
cœlestesque revelationes crepant atque prophetias,  
circa futuros rerum eventus ac Ecclesiæ & Politiae  
statum proferunt. Quo nomine hic referendus est,  
*agrestis ille Harpersdorffensis*, cuius meminit Schickfusius  
noster (i) diligentissimus Patriarum rerum Scriptor.  
Ille homo circa A. C. 1590. divino quasi Spiritu afflatus  
& velut Prophetico charismate prædictus sermones  
pro concione habuit de certitudine & adventu judi-  
cii extremi, de *Angelis*, quorum nullum jam in cœlis  
esse, sed in terra præparandis ad diem *parvorum*  
hominibus occupari magnifice nugabatur, de *inferno*  
item, revelationibus sibi cœlitus iis de rebus factis &  
hujusmodi aliis, quibus credulæ plebeculæ facile fu-  
cum fecit. Non diu autem vesania ejus perstigit, sed  
mature à supremo Magistratu cohibita conquievit.  
Hunc excipiat alter haud bene cognitus, de quo *An-*  
*ton. Weck*: (k) Ao. 1589. ist einer von Adel aus Schles-

C

sien

(h) Narrare enim pueris solent fabulam, Diabolum qvondam  
omnes fere Schwenckelianos e sacco iis replete & per aerem de-  
portato, ad hunc verò montis apicem infeliciter alliso, elapsos, im-  
pedito itinere in hunc agrum disseminasse Conf. Lucæ p. 442. 2143.

(i) Lib. I. cap. 42. Conf. qvoqve Lucæ Chron. p. 352.

(k) In der Beschreibung Dresden p. 313.



sien / nur einen Knaben bey sich habende / anhero (nach Dresden) kommen / von Ansehen eine lange Person mit grauen Kopffe und Bartte/ welcher sich so bald im Gasthöfe in einem weissen langen Talar verkleidet / auf der Brust und Rücken mit rothen Kreuzen / und an den Seiten einen Dolch und Degen. Dieser hat sich für einen Propheten ausgegeben / und mit Ihr. Churfürstl. Gn. reden wollen / so ihm aber abgeschlagen / und hingegen die Churfürstl. Hoff-Prediger zugeordnet worden / mit denen er sich einzulassen / oder seine gerühmte Briefe aufzuweisen / geweigert. Nisi fortassis, quod suspicor, is ipse fuit, qui eodem tempore vixit Melchior Elias de LANGENAU & Streblitz, apud quem Ao. 1590, Jauraviæ Christoph. Weickartus, Cantor Tschopensis mira vidit, audivit & consignavit in Relat. MSCta, quam exhibit Catal. MSCt., Theol. Myst. Chem. ap. Cl. Tenzelium (1).

XI. Nec hoc loco prætermittendus mihi videtur **CHRISTOPHOR. KOTTERIUS**, civis Sprottaviensis opificio Cerdò, famosus Silesia Propeta, qui tempore tricennalis, quo Germania conflagravit, belli inclaruit. Ab Ao. enim 1616. singulares de rebus futuris & fatis Ecclesiæ reique publicæ prodidit revelationes ad annum usque 1624. In primis cœlesti quodam veluti numine afflatus prænunciabat magnas mutationes magnasque strages, imminenter interitum & devastationem Babelis, filium perditionis esse conficiendum, secuturam Ecclesiarum Protestantium felicitatem, quietem, pacem; appropinquare jam redemptionem nostram & novum Christi regnum Salomoneo-Monarchicum instaurandum. Quæ præterea de triumphis & Victoria Friderici Palatini ac de excidio Augustæ Domus Au-

striaca  
(1) In Monatslich. Unterredung A. 1692. p. 263.



striae (quam DEus Ter. Opt. Max. firmam, inconcussam, Augustam ad mundi usque interitum conservet!) temere prae*dict*it, in vulgus nota sunt & non merentur hic prolixius commemorari indigna tanto hiatu. (m) Quam vanus enim & falsus Propheta fuerit, eventus rerum clarissime demonstravit. Nihilo fuere minus, qui vaticinia ejus magni fecerunt, in his prae*cipue* J. A. Comenius, (n) qui non tantum Historiam hujus aliorumque; Vatum sui temporis oraculi jussu, ut ipse scribit, litteris consignavit, sed ipsa quoque vaticinia & revelationes Ao. 1657. edidit simul ac promulgavit Tit. *Lucis in tenebris*. Seorsim vero Germanico idiomate Amstel. 1664. Cotteri oracula imprimi curavit Ben. Babsen. Ipse quoque Petrus Jurieu in Prefat. du Accomplissement des Propheties &c. Cotteri prophetias una cum Dabritii, Paniatoviae aliorumque vaticiniis multis praeconiis commendat, propterea vapulat Herman. Witsius lib. I. Misc. Sacr. de Prophet. Cap. XXIV.

XII. Post illa tempora circa Ao. 1656. vixit Brege Pytho*nissa* quædam nomine ROSINA, quæ suis, quas callide mentiebatur, revelationibus multos incautos dementavit, hos inter castrensem quendam Concionatorem Svecicum GERNSTENMATER dictum, qui antea Leobschütz in Ducatu Carnoviensi superioris Silesiae Pastor, inde vero à Pontificiis expulsus & castra Sueco-

C 2 rum

(m) Vid. de eo B. D. Pfeiffer. Anti-Enth. Cap. IV. p. 263. & Fr. Lucae Chron. p. 372.

(n) Quibus edendis utinam abstinuisse! causam leg. ap. Beckman. in Diss. de Prodig. Sangv. Cap. III §. 6. & Conf. Pfeiff. I. c. p. 265. f. Kottero jungas Hartwig Lohmannum Nic. Tetingium, Julium Sperberum Silesios, de qibus Vid. Max. Rev. Minist. Tri-polit. aufführlicher Bericht von den neuen Propheten, & conf. D. Pfeiff. Anti Chil. p. 70.



rum secutus fuerat, pace autem restituta Bregae com-  
moratus sua opera inserviit Ecclesiæ Ministris. Hunc  
inquam sua, qua à superis se instructam esse gloria-  
batur, auctoritate caput & Papam Ecclesiarum Protestan-  
tium declaravit ense insuper in manus ejus tradito,  
quo Romanum conficeret Pontificem. Qui etiam falsa  
impotentis mulieris persuasione fascinatus res novas  
moliri coepit aliisque se junxit & partitis inter eos  
officiis, quæ Romanus Præsul purpuratis & nonnisi  
benè de Ecclesia sua meritis conferre solet, jam in  
eo ferme erat, ut Pont. M. solio dejiceret & se in ejus  
locum sedemque vindicaret, cum subito vaticiniis  
hisce diffidens metu publici supplicii sociis se subdu-  
ceret, quo dilapso & ceteri paulatim dispersi aufluerunt.  
Firmabat hominum errores libellus brevi  
ante Ao. 1653. Christianopoli ἀνούμως in publicum  
emissus, quem Auctor Martinus Gübelerus, t. t. Georgii  
Princ. Breg. reddituum Praefectus vocavit Apocalypsin rese-  
ratam, in quo multa de die judicii extremi, Papæ in-  
teritu, novo Christi regno, aliisque capitibus fanati-  
cis propriis præfracte scribuntur. Refutatus est pro-  
ximo Anno 1654. à D. Job. Henr. Ursino, Theol. Ratis-  
ponensi longè celeb. Tract. solidissimo, cuius rubrica:  
richtiges Zeiger-Händlein oder Christliche Einleitung in  
das Buch der himmlischen Offenbahrung St. Johannis. (o)

XIII. Prophetis jure merito annumerantur illi,  
qui curiosus in futura inquirunt & ex naturali cœli, side-  
rum, motu & siturerum mere contingentium causas arcessunt.  
Nomino ex his PAUL. HOFMANNUM, Bolus!. Ao. 1605.  
Creibensem ad Ecclesiam non procul Hayna voca-  
tum Pastorem. Hic astrorum studiis nimium quan-  
tum

(o) Vid. quoque Fr. Lucæ Chron. p. 436.

tum incumbens ad illud tandem dementiæ fastigium  
devenit, ut ex *judiciaria*, quam vocant, arte *Astrologica*  
talia mortalibus prænunciare auderet, quæ sibi solum  
DEus rerum omnium optimus arbiter reservavit &  
hominem vettuit in ea inquirere. Scriptis ex eo *Pro-*  
*gnostica* quædam de *Judeorum Conversione*, de die *judicij*  
*extremi* & aliis argumentis, quæ supremus Magister  
nos ignorare voluit. (p) Hinc rectè de eo *Sentie-*  
*ben*: (q)

*Theologum* voluit, sed noluit esse *Prophetam*,  
*A Iuda hanc cunctis nosse futura datur.*

XIV. An verò hoc etiam referendus sit *MART.*  
*SEIDELIUS*, Olav. qui vixit circa finem superioris se-  
culi, vix definire ausim. De eo *Job. Micraelius* (r),  
scribit, negasse Messiæ adventum & docuisse, nun-  
quam eum venturum, cum Judæis fuerit promissus,  
cum conditione probitatis, quam nunquam com-  
plevissent: Decalogum esse, ex quo vera salus spe-  
randa sit, &c. Fateor sane in Patriarum rerum  
scriptoribus nullam hujus memoriam deprehendere  
mihi haec tenus lieuisse. Præter hunc meminit ali-  
cujus *MARTINI Euchete* (Bete-Martin) Fr. Lucæ, (s)  
qui medio hujus seculi Bregæ vixit, & pietate sua, vera  
an simulata nunc non dicam, multam laudem conse-  
cutus est, qui verò sittie in Catalogum Fanaticorum  
referendus, an pro homine mentis suæ non compote  
habendus, judicium & sententiam B. L. relinquo.

XV. Pergimus ad *ANABAPTISTAS*. Horum furores

C. 3. Silesia, Olaus & Boëtius

-(p) Vid. de eo Grossius l. c.

(q) In *Poplo ingenior. Boluslav.*

(r) In *Synt. H. E.* p. 857.

(s) In *Chron. Sil.* p. 438. seqq.

Silesiam non infestarunt, quin multum damni rebus Ecclesiasticis pariter ac civilibus subinde attulerint. Eam enim circa A.C. 1540. *Jac. Hutterus & Gabriel Scherdingius* opificio pellio, homines Bavari, *Nic. Pelargi* (t) emissarii clam ingressi seditiosis erroribus ferè totam occuparunt. Atque adeò quidem apud simpliciorem plebem invenerunt applausum, ut plures quam 2000. miseros ruricolas ex *Glogaviensi Principatu in Moraviam* tanquam *terram promissionis* transportarent fundis eorum, vel vili pretio venditis (u) vel sponte derelictis. Hic persuasionibus nequissimorum nebulonum fascinati gravissimam servitutem (x) patienter ferebant flagitia sceleraque Doctorum suorum, quibus omnem vitam transigebant, dissimulantes. Exortis vero brevi post inter ambitiosos Doctores dissidiis (y) *Hutterus* fraude socii perit, *Gabriel* autem homo astutus & tempori inserviens agris ali-

quot

(t) Hunc quoque in *Silesia*, ast ad breve tempus, commoratum esse testis est *Meshovius* l. 4. Hist. Anab. num. 1. referente Cl. Colberg. l. c. p. 353. 381.

(u) Pecuniam ex facultatibus convasatam ( quam septem aureorum millia fuisse scriptores Patriæ confirmant ) stolidi homines Gabrieli & sociorum fidei committebant, qvam turpi vita brevi consumfere.

(x) Angustis enim & incommodis ædibus inclusi misere vivitabant egentes & indopes, ac duro labore fatigabant corpora in agris vineisque Dominorum Moraviae, mercedem colligebant Magistri & de ea statuebant pro suo arbitrio.

(y) *Hutterus* torvus, audax & seditiosus homo *Gabrieli*, qui modestior & paulo astutior, molestus semper erat. Hinc mutua odia & dissensiones, factæ etiam separationes, diversæ sectæ, alter alterum communione excludebat, turbæ inde ortæ & motus, in quibus *Hutterus* occubuit. Vid. *Meshov.* l. c. n. 22. *Colberg.* p. 381. seqq.



puot acquisitis seductos vana spe meliorum temporum fraudulentu consilio lactavit. Et quanquam eos Ferdinandus I. Imp. g. m. publico edicto terris suis excedere juberet, precibus tamen Nobilium recepti postliminio ad possessiones redierunt. Ibi multi impostoris disciplinam (z) sectantes latronibus prædæ fuerunt impunè. Quando enim nūciabatur venire aliquod agmen vagabundorum militum, qui insidarentur pecuniæ & armentis ipsorum, omnes patefactis januis conveniebant in uno conclavi ad precatio[n]es superstitionis & expectabant percussores. Non pauci tamen, quum à Pseudo-Propheta seductos miserè, turpiterque delusos se viderent, ad agros suos reversi sero sapere & cum maximo quidem terum domesticarum damno didicerunt. Hos inter pertinax nonnemo Anabaptistici erroris defensor nomine CLEMENS, quem paulo ante cum cœtu suo peculiari Gabriel Magister communione ejecerat, Glogovia cum quatuor aliis publicum supplicium passus temeritatis pœnam dedit. Quod exemplum secuti Sagane[n]ses sumto de quamplurimis seditionis suppicio suppresserunt quadantenus furiosorum conattis. (a) Novas tamen vires circa An. 1582. resumerunt & plebem præcipue in pagis, variis persuasionibus irretitam secum iterum abduxerunt, ut ex Annal. Jauran. a vendōnis referat

Godofr.

(z) Docebant enim, Evangelium Christianis interdicere omnem vim & vindictam & præcipere patientiam.

(a) Conf. pluribus Sculter. Ann. Eccl. dec. 1. p. 268. Curæus p. 371. Lucæ Chron. p. 321. Ipse Gabriel ne farius homo in limine Polonie de num exul vitam suam finiit auctorque suis fuit, ut manerent in suis possessionibus deinceps & suas de religione opiniones clam foverent.



*Godofr. Rbonius* (b) meliori fortuna utique dignus, cu-  
juſ præmaturam mortem merito luget Patria.

XVI. *Val. Weigelius* quemadmodum in omnibus  
fere cum *Schwenckfeldio* convenit (c) & utriusq; egre-  
gius interpolator est *Jac. Böhmius*, famosus ille Gorlicen-  
sis Enthusiasta, ita ambo non paucos opinionum sua-  
rum fanaticarum admiratores assertoresque in Silesia  
invenerunt, quorum *insigniores*, (d) ne nimium longa  
sumatur oratio, hic commemorabo. In his fuit  
*AUGUST. FUHRMANNUS*, Pastor initio Tschöpelwizenfum,  
post *Job. Christiani*, *Print. Bregensis Ecclesiastes Aulicus*,  
Ao. 1616. mortuus. (e) Non sine ratione Weigelia-  
norum errorum insimulatus est, edidit enim varia  
opuscula Germanica obscuriori & qui phrasin Wei-  
gelianam ubique refert ac exprimit, stilo composita.  
Recudunt libellos ejus saepius *Weigelii* affecte dissimu-  
lato plerumque *Auctoris* nomine. Prodiit Ao. 1658.  
ap. *Henr. Berkium* in Belgio hujus Fuhrmanni Nettung  
der

(b) In altera Epist. de ineditis Hist. Sil. Scriptoribus. Ex eoq;  
Tenzel. in Colloq. Menstr. An. 1694 M. Jan. p. 43.

(c) Vid. Hornbeck. l. VI. Sum. Contr. p. 438. Colberg. P. l.  
Christ. Plat. c. V. p. 213. seq.

(d) *Obscuriores* sunt *Paulus Keimius*, Lignic. 1648. mortuus. It.  
*Fr. Krause*, *Aurimont. Med. D. & Pract. Lign.* cui intercessit cum *Jac. Böhmo* litterarum commercium, exstantque hujus epistole, qui-  
bus libellos suos *Crausio* meliori de nota commendat. Vid. *Auct. Vita Bohm.* & *Er. Francisci Zerbprechung der Spott und Läster-*  
*Pfeile Levi und Simei* / adv. personatum M. Joh. Matthæum p.  
261. Scriptis hic *Krausius Viam salutis*, cuius mentio fit in Catal.  
MSCT. Theol. Myst. ap. Cl. Tenzel. l. c. A. 1692. p. 259. ubi etiam  
p. 265. & 269 meminit *Jac. Böhmi Epist. ad Jac. Lidnerum, Veltig.*  
*Prefetz. Beuthensem & Godofr. Freudenhammerum*, Med. D.

(e) Vid. *Lucas Chron.* p. 509. it. ej. *Fürsten Krohne* p. 109.



der alten wahren Christl. Cathol. Evangel. Religion/ quæ  
defensio A. 1660. in Latitnum sermonem translata tota  
fanaticis absurdisq; commentis deliriisq; (f) scatet.

XVII. Non postremus Jac. Böhmii hyperaspistes erat JOH. THEODOR. à TSCHESCH, equestri prosapia oriundus, primum Friderico Palatino, hoc verò vita functo Job. Christiano, Princ. Breg. ab intimis consiliis, Vir cetera natura ipsa moderatus & optimarum artium studiis eruditus. Böhmicolæ in pretio habent Defensionem ejus Böhmianam, quam opposuit Dav. Gilberti Admonitioni adversus Scripta Böhmiana, Ao. 1643. Ultrajecti editam. Anno verò sequente Gilbertus Apologiam Admonitionis suæ juris fecit publici; ista autem Tscheschiana homo Pontificius Gerhardus Antagnossus (sive id verum, sive quod opinor, fictitium fuerit nomen) recudi fecit cum Refutatione, quam inscripsit: *ne sutor ultra crepidam.* De quibus omnibus videri potest B. Sagittarius. (g) Hic Tscheschius tandem aulæ negotiis pertæsus ex singulari pietate Hierosolymitanam ad sacra loca peregrinationem suscepit & conflata ex fundis dividendis magna pecunia Venetias abiit, ex his Ragusam pervenit, ubi commodum navigandi tempus nactus omnes suas navi tradidit opes ipse interea ex adnata curiositate urbem perlustraturus. Cui rei cum intempestivè & justo diutius vacaret, datumque, ut in hujusmodi emporiis fieri

D affolet

(f) Teste Dn. Colberg, l. c. p. 251. f.

(g) In Introd. p. 90. Add. Cl. Colb. I. c. p. 327. D. Pfeiffer AntiChil. Cap. II. p. 65. Rev. Min. Tripol. Apol. Wieder den Guttmannischen Offenbahrungs-Patron Part. I. p. 98. Calov. Anti-Böhm. p. 119. Gisb. Voëtii Polit. Ecc. P. II. l. 2. tract. I. c. 1. p. 208. Amaboearum litterarum ex Vratislavia Dresdam scriptarum meminit Catal. MSCT. Thçol. Myst. Chem. ap. Tenzel. p. 271. l. c.

affolet, certæ campanulae sono abitus signum haud  
observaret, navis ex portu solvit & faventibus ventis  
remigiorum ope cursum suum eo dirigit, quo desti-  
nata tendebat. Quid vero Tscheschitis noster? ad  
portum ex urbe rediens tristibus oculis fugientia vela  
persequitur & quoniam rerum suarum potius copia  
non erat, pecunia pro derelicta habita indigna-  
bundus non sine itinerum sumtuumque difficultate  
& molestia ægre in Patriam reversus brevi post Re-  
giomontem ad cognatos suos se contulit, ubi quoque  
mortem obiisse dicitur (h).

XVIII. Pluribus Scriptis innotuit (i) ABRAH. à  
FRANCKENBERG, Toparcha Ludwigsdorffensis in Prince-  
patu Olsnensi, natus Ao. 1593. denatus 1652. die 29. Jun.  
(k) natali & emortuali. Vir certe doctissimus &  
modestiae in primis ac pacis studiosus. Rogatus enim  
aliquando à Principe Olsnensi, cuius esset religionis,  
dixit: *Ego sum religionum COR*, i.e. Catholicæ, Ortho-  
doxæ, Reformatæ. Qua responsione pacificum suum  
& Sectis omnibus faventem animum, quantum ego  
quidem existimare possum, satis manifestè prodidit  
propterea se *Amadeum à Friedleben / antiqua Virtute &*  
*fide (den Alißgerichten) appellans. Ipsius scriptorum*  
ut fanaticorum meminit & pleraque recenset B.D.  
Calovius, (l) nec non B. Sagittarius, (m) Cl. Colber-  
gii,

(h) Conf. Fr. Lucae Fürsten Krohne p. 110. & Chron. plen. p.  
110. seqq.

(i) Perperam eum Adamum vocat. Fr. Lucae in Chron. p. 509.  
& Ind.

(k) Cl. Witte in Diar. Biogr. P.l. 25 Jun. emortualem ponit.

(l) In Dedic. Opp. Bibl. Germ. ult. Ep. ad Rom. a. IV.b. & Anti  
Böhm Praef b.

(m) Introd. p. 902.



gius, (n) & Dn. Witten, (o) ac ipse Catalogum dedit in  
Tr. Nosce te ipsum p. 14. quæ brevitatis causa lubens  
prætermitto. Germanico maximam partem idio-  
mate exarata Böhmii erroribus confertissima sunt.  
Triplici alias symbolo delectatus est, quod huc apponere  
placet: (p)

(1) *Iesu mea nobilitas.*

Est *mea nobilitas* mihi solus & omnia *Iesu*,  
quid mihi cum mundo? glorior in Domino.

(2) *Antiqua virtute fidei.*

Glorior *antiqua* (Domini) *virtute fidei*,  
quid mihi cum mundo? glorior in Domino.

(3) *Mibi sufficit unum.*

Sufficient bona plura bonis, *mibi sufficit unum*,  
in quo cuncta latent dona, Jehova bonum.

Hinc Monotrias:

*Antiqua virtute fide mibi sufficit unus,*  
*Qui mea nobilitas, Iesu amorg meus.*

Cetera

omnia, ut somnia, sumus,

vana, dolor, compes, orbis confusio, luctus.

Monumentum ipse sibi posuit & erexit memoratu di-  
gnissimum:

D 2

Vita

(n) 1. c. p. 316, f.

(o) 1. c. ad A. 1652. addi posset der verunruhigte und wieder er-  
wachende Niederländ. Löw / 1673. in 12. T. II. ex Belg. lingua-  
translat.

(p) Fideliter hæc consignavit, quem supra laudavi *Henr. Grof-*  
*esus* in MSCT. libello.



Vita Christi, Mors Adami,

R O S

Hic Ego

Abrabamus à Franckenberg, cui

D E U S Pater, Ecclesia Mater,

C h r i s t u s Frater, Crux Soror,

U x o r C o n s c i e n t i a, L i b e r i S t u d i a,

A m i c u s S p i r i t u s S.

F a m u l a s S. A n g e l u s,

D o m u s T e r r a, C ē l u m P a t r i a,

C o g n a t u s P r o x i m u s,

P r o f e s s o C h r i s t i a n i s m u s,

N o m e n P a t i n g e n i o,

S y m b o l u m a c q u i e s c o,

H o c a g o.

Adam novus homo abluit.

Adam novus homo perdidit

XIX. Nec à vero abludam, si his jungam N. WALTHERUM, Glogavia oriundum, Med. Doct. & Chemicum celebrem, qui ut abdita rerum sublimium arcana intime cognosceret, Syriam, Ægyptum, Arabiamque difficiili itinere adiit & per sex integros annos has regiones multo labore sumtuique lustravit ac in Chaldaeorum, Arabumque disciplinam se tradidit. Audit illic præstantissimos in arte Chemica viros & non Astronomicis solum & Chemicis, sed Magicis quoq; & interioribus doctrinis omnibus institutus mysteriisque initiatus fuit. Quum vero de Jac. Böhmii miris illuminationibus fama quid inaudivisset, ejus vendi causa Gorlicium se contulit ibique per tres menses cum Philosopho suo Teutonico congressus vanas hujus revelationes admiratus est. (q) Böhmium præterea abstru-

(q) Hæc fusius refert, qui legendus est Auctor Vitæ Böhm. qui esse creditur D. Weisnerus Vid. Er. Franc. Tr. cit. p. 158.

abstrusioribus Scientiis, Cabbala in primis & Magia,  
quas arti medicæ junxit perpetuo, imbuit & prodi-  
giosis erroribus infect, quos postea libris ut ita di-  
cam, *tenebricosis*, qui vix ab aliquo intelligi possunt,  
per orbem longe lateque disseminavit. Ex eaque  
ratione, quod pleraque Böhmii Scripta ejusmodi my-  
steria complectantur, quæ Chemiam, Alchemiam,  
Cabbalam &c. redoleant sapientque; non male, si quid  
judico, Waltherus noster *libellorum*, qui sub nomine  
Böhmii passim circumferuntur, si non Auctor, præ-  
cipius saltem *interpolator* doctis Viris (r) creditur, si  
quidem ipsi Böhmicolæ haud diffitentur, multa Ma-  
gistro suo ab aliis fuisse (s) supposita & ex Böhmio  
multis exemplis probari potest, Böhmium suos libel-  
los Walthero emendandos expoliendosque Dresdam,  
ubi Elect. Laboratorio Chemicò præerat, transmis-  
sisse. (t) Qui etiam operam suam haud dubie præ-  
stítit egregie & pro arbitrio expunxit, quæ minus  
rectè scripta dictaque ipsi videbantur & ex Paracelsi,  
Schwenckfeldii, Rosencrucii, Weigelii aliorumque hujus  
furoris hominum rivis Böhmii, harum litterarum  
ignari, hortulos abunde irrigavit ac de suo addidit,  
quæ addi necessaria existimabat. Magnum ei cum  
Böhmio intercessisse litterarum commercium Au-  
tor Vitæ Bohm. testatur, & cognitum insuper omni-  
bus est, hunc Waltherum XL. *Quæstiones de Anima*  
Bohmio solvendas proposuisse, & hunc ad eas pecu-  
liari Tractatu respondisse.

## D 3

## XX.

(r) Leg. Dn. Holzhausen. Præf. capistrati Rabulae Böhmic. &  
Er. Franc. l. c. p. 220. 221. f. 313. f.

(s) Conf. Sagitt. l. c. p. 901.

(t) Vid. Franc. l. c. p. 223. 251.

XX. Eodem, quo Jac. Böhmii deliria Ecclesiam affligebant, tempore vixit *HILARIUS PRACHIUS*, natus in pago quodam (*Tentschel*) prope *Lignicium* Patre *Micbaele* loci Pastore, incomparabilis fanaticorum librorum amator. Sedula horum lectione inescatus de præparando Lapide, quem Philosophicum vulgo dicunt, cuius adipiscendi spem fecerat Böhmius in libris suis, cogitavit & quo votorum suorum quantocuyus redderetur compos, *montana Hungarica* adiit & in officinis metallicis, quæ *Cremnicii* & *Schemnicii* celebriores sunt, indefesso studio laboravit. Frustrata autem spe Vratislaviæ informandis pueris addixit operam suam & omne otium, quod à puerorum institutione supererat, Scriptis *Talmudicis* (quæ VII. magnis Voluminibus distincta dono ei dederat hospes *Christoph. Freywaldus*, *Jctus* & *Illustr.* & *Gen. Dn. de Mazzan* in *Militscb* quondam *Consil.* & *Lib. Bar. Militiensis Cancellar.*) (ii) evolvendis legendisque consumxit. In tantum etiam in litteratura Ebræa profecit, ut *Clariss. in Philologia sacra Virorum*, *B. Geieri*, *Buxtorfi*, *Hackspanii*, aliorum publica promereret elogia illorumque litterario commercio dignaretur (x) Vocatus tandem Ao. 1652, ad *Pastoratum Dirschdorffensem* in *Bregensi Principatu*, sequenti anno uxorem duxit *Pauli Münzeri*, *Med. D.* & *Præct. Vratisl. filiam*. Per integrum decennium provinciæ suæ præfuit, publicè tamen coram Synedrio Ecclesiastico fanaticismi accusatus

(u) Quod cum grati animi significatione ipse depraedicat in *Præf. Tr. R. Jud. Happenini* נִשְׁפָכָה qvem primitus punctis vocalibus adornatum Latina insuper Versione & notis doctissimis Anno 1662. illustratum edidit.

(x) Conf. ead. *Præf. ad Lect. & elog. Erud. præfixa.*

cusatus & convictus de ea decedere coactus fuit.  
Mirtim igitur qui Ao. 1662. ad *Aurimontanæ Ecclesie*  
euram invitaretur. Cum vero ipsi non conveniret  
cum Diacono suo, Ao. 1672. sponte se munere abdi-  
cavit prætexens memoriae defectum, revera, ut fur-  
tivis Schwenckfeldianorum conventibus frequentius  
interesse posset & aliquamdiu *Goldbergæ* se continu-  
it. Jam nunc saepius ad eum divertebant rustici  
*Schwenckfeldiani* & ipse eos vicissim visitabat, donec  
Ao. 1674. in Angliam cum reculis suis abiret comite  
genero suo *JOH. GEORG. MATERNE*, *Nimetiensi*, *Schola*  
*Aurimontanae hætenuis Collega*; usus autem aurigis agre-  
stibus illis hominibus, quos in familiaritatem & con-  
suetudinem admittere solebat. Hic cum universa  
familia trementium sectæ nomen, operam vero dedit  
translationibus, & emendationibus Typographicis aut *Oxo-*  
*næ*, aut *Cantabrigiæ*. (y) Inde ad *Harpersdorffenses* se-  
mel iterumq[ue] dedit litteras, quos fratres appellat in  
interceptis nonnullis & in Angliam invitat. Aperte  
quoque testatur, se quidem aliquam, sed exiguum lucem  
ex *Böhmii scriptis* hauisse, nunc vero inter sic dictos *Qua-*  
*ckeros* perfectè illuminatum se nihil magis exoptare,  
quam Amicorum præsentiam & felicitatem. Obiit  
ibidem plus minus Ao. 1677.

XXI. Agmen tandem claudat, quem primo loco  
nominavi *QUIRINUS KUHLMANNUS*, humili & ob-  
scuro genere natus Vratislavie Ao. 1652. d. 10. Jul. (z)  
Parente (a) *Quirino* ex institutorum tribu & ma-  
tre

(y) Vid. quoque Fr. Lucæ. Chron. Sil. plen. p. 464.

(z) ut testantur *Diptycha Ecclesiastica*, quibus *Neophyti* inscri-  
buntur.

(a) an ex posteris sit Leonh. Kuklmanni, Craylsbaimensis pro-  
pe

tre Rosina, homo fanaticis opinionibus ad delirium  
nsque deditus. Ut primum e pueris excessit, ad ea  
studia & artes, quibus ætas juvenilis ad humanitatem  
informari solet, statim se contulit, ac disciplinæ cu-  
ræque optimorum illius temporis Doctorum Gymna-  
sic, quod à Maria Magdalena nomen obtinuit, træditus  
æquales suos industria & alacritate multis modis su-  
peravit & ad jucundam emulationem non sine Præce-  
ptorum, qui de ingenii aliud poterant judicare,  
voluptate feliciter ac strenue excitavit. Publicam  
inde Patriæ laudem consecutus spem maximam omni-  
bus, qui bonas litteras amant, de egregia & nobili à  
natura hausta indole fecit. Ad magna natum &  
quodvis audendi capax ingenium mature prodidit tum  
laceffendo ad subtiles quæstiones Commilitonum  
responsa, tum contradicendo & interpellando, tum  
defendendo etiam absurdas quandoque & manifestè  
erroneas sententias, ut nemo majori apparatu tam  
confidenter de rebus argutis ac difficillimis differere  
posse existimaretur. Neque tamen animi cum or-  
thodoxia fidei non ubique conspirantis sensa sic oc-  
cultare potuit, quin istud perquam sagacium narium  
hominibus facile suboleret & publicas *in se* concitaret  
*Præceptorum censuras & reprobationes.* Hos enim  
nulla non occasione acutis spinosisq; disputationibus ex-  
ercuit & fatigavit, ut aliquando Rector illis temporib;  
M. Joh. Fechnerus, Vir. Clar. tale de eo vaticinium  
eventu postea comprobatum publice tulisse dicatur:  
*aut tu olim magnus eris Theologus aut magnus Hæ-  
reticus.*

## XXII.

pe Norinbergam Pastoris medio superioris seculi, cuius extant Ho-  
miliae sacrae Lat. serm. A. 1551. Norimb. editæ, divinare non possum.



XXII. Editis variis ingenii & memoriae specimini-  
bus Ao. 1668. (b) cum luculento ac industrio bona-  
rum artium cultore digno testimonio dimissus Patriæ  
Scholæ valedixit & multa doctrina & varia scientia  
instructus Jenæ studiorum causa se contulit. Hic  
secessus ab hominum strepitu remotissimos quærebat  
vitæ solitariæ amantissimus, raro in publicum prodi-  
bat, nunquam fere amicorum conversationi intererat  
speculativo suo ingenio nimium quantum indulgens.  
Tristes ex eo & difficiles mores melancholicam &  
depravatam humorum corporis dispositionem facile  
arguebant, quam & aversatio humanae (c) Societatis &  
necessitudinis fastidium abunde testabantur. Cum  
itaque nec ingenium nec doctrinam sibi deficere ipse  
intelligeret, dedit se totum sublimibus contemplatio-  
nibus, iisque profundius, quam par erat, intentus in-  
superabiles sustinuit tentationes & difficultates, vimq;  
judicii phantasie impetu prostratam corrupit. Quem-  
admodum enim iis ut plurimum accidere solet, qui  
spretis aliorum consiliis sibi solis sapiunt & eo inge-  
nio suo penetrare posse credunt, quo pervenire ne-  
mo mortalium queat, ut pro sanis veræ sapientiae do-  
ctrinis monstrosa otiosi ingenii sui inventa de-  
fendant & ex pervicacia erroribus quærant patroci-  
nium; ita quoq; Kuhlmanno infelicissimo ~~au~~  
(d) contigit, ut omnia intelligendo nihil intelligeret

E & no-

(b) Conf. Lucæ Fürsten Krone p. 103.

(c) per integrum fere quinquennium Jenæ vixit & tamen negat  
B. Sagitt. I. c. p. 902. se unquam hominem vidisse.

(d) ita vero ipse in Neubgeist. Böhm. Präf. \*\*\* iij. wie ich  
von 18. Jahren (ætatis) an diese 5. Jahr über von meinen  
Jesu

& novas animo conciperet hæreses, quas occultare magis, (e) quam dispergere hic loci voluit. Et quam disputationibus (f) suis paradoxis plerisque & acutis magnum suspicionis argumentum doctis viris præberet, excusarunt tamen hoc tempore juvenilem ejus impetum & curiositatem Professores nec eapropter fuit reprehensus.

XXIII. Museum, quod commodo loco ad Austrum situm erat, charta variis distincta coloribus & optime polita (Türkisch Pappier vocamus) circum circa ornatum, officinam deliriorum suorum habuit. Quum enim Solis radii ex natura in corpus exactè politum incidunt, dentes fulguris instar fortius reflecterent, eo splendore cœlestes sibi obtingere illuminationes intima perceptione sensibiles, mentemq; suam aeterna lucis radiis collustrari, dulci persuasione deceptus creditit eodem ferè modo, quo Jac. Böhmius ex diurno & fixo Centri phiale flannea aspectu se illuminatum fuisse (g) commemorat. Quæ perversa

opinio Jesu berussen / erleuchtet / unterwiesen und Anti-Christischer Lehr-Meister / nicht sonder manchfältigen Verdruz und Neides voller Nachrede / wenig bedorfsen / auch viel 100000000. Erfindungen erfunden / können meine Erzählungs-Bücher derer Voran Bothe (Prodromus quinquennii) gegenwärtiger Schrift vergesellschaftet nachgeschlagen werden. Conf. præterea Cap. XI, XII. ubi magnifice nugatur, se veram sapientiam, quæ superioribus Facultatibus haecenus nil nisi Vanitas fuisse, ex scriptum, Naturam & Hominem cognovisse.

(e) Clam Schyvenckfeldianismum Jenæ professorius dicitur Dn. Colberg. l. c. p. 323.

(f) Vid. Lucæ l. c.

(g) in Præf. Comment. in Genes. Conf. Rev. Min. Tripol. Apol.

Part.



opinio totum ejus animum adeo occupavit, ut nec  
ulli alii objecto nec operationi alii vacaret, sed his  
contemplationibus unicè intentus Visiones, quas sola  
sibi phantasia fingebat & ipsi ceu veras obtrudebat,  
animo suo volveret, gestibus exprimeret, & sermone  
ac oratione declararet. Mira inde de lumine narrat,  
quæ vix absque hujus rei cognitione intelligi possunt.  
Videamus *bellas representationes*, quæ vigilanti obtige-  
runt: *Je mehr ich in meinem Vorzahze fortsahze/ je meh-  
rern Widersatz empfand ich/ daß auch die H. Licht-Welt/  
mit derer Licht ich umblichtet / in ihrem Lichte sich ent-  
lichtete/ oder lichtschattete/wenn ich fortfuhr/ und in ihrem  
Lichte lichtere Lichter belichtete/ n. quibus verbis quid  
ineptius aut stultius excogitari possit, vix equidem vi-  
deo. Somnium certè i. e. cerebri male dispositi fi-  
gmentum narrat & ipse nescit, quid dicat, quando  
refert, (h) quod inter innumeras Visiones aliquando uno  
momento, ipsum, in quo egisset, Museum è corporeis suis ocu-  
lis disparuisset & per aliquot temporis spatium plures quam  
mille millions cum mille lucis generationibus contemplatus  
eog. temporis articulo cum Paulo in Paradisum raptus appa-  
reñuñca audivisset, quæ à nemine mortaliū edifferi verbis pos-  
sent.* Quorum quidem omnium naturalem causam  
& rationem fuisse non est cur quis dubitet; quid  
enim phantasia hominis imprimis vitio affecta in his  
rebus efficere queat, non mirabile tantum, sed pene  
incredibile est. (i) Hoc sane casu luminis fortioris idea

## E 2

## Spiri-

Part. I. p. 98. D. Calov, Anti-Böhm, p. 119, Pfeiff. Anti-Enth. p. 255.  
& Auctor, Vitæ Böhm, §. II.

(h) in Böhm. Redivivi Präf. \*\*\* v.a. Leg. qvoq. Rev. Min. Trip.  
I. c. & Part. II. p. 132. Pfeiff. I. c. p. 271. Calov. I. c. p. 37.

(i) exempla suppeditarunt non ita pridem Magnif. Dn. D. Lö-  
scherus Diss. de Vision. §. XV, seqq. & Er. Franciscil. c.p. 82. f.



*Spiritibus forti imaginatione impressa & sensibus internis  
oblata ac phantasiæ memorie, communicata fuit, quæ per  
continuam & defixam in Visionibus illis intimè co-  
gnoscendis attentionem tam varias cœlestis lucis ge-  
nerationes imbibit, ut Kuhlmannus sibi totus periu-  
deret, mentis suæ caligantis tenebras cœlesti irradia-  
tione discuti & sibi divinioris lucis radios immitti,  
cum tamen solis stricturis manifeste delusus conge-  
nitum intellectus lumen errore suo magis obfuscaret.  
Atque hanc obsurdam imaginationem menti tam  
firmiter inusserat *melancholia*, quæ jam ad morbi na-  
turam accesserat, ut nulla rationis evidentia in con-  
trarium eam delere posset aut evellere, quin crede-  
ret, se videre ea & percipere quoq; internis sensibus,  
quæ revera nec videbat nec sentiebat. Praestat splen-  
didas ejus nugas adhuc semel audire. (k) Ich kenne  
einen Menschen / und Gott weiß / daß dessen Zeugniss  
wahrhaftig sey. Dieser ist allbereit fast bey 5. Jahren  
von seinem Gott also beglückseliget/ daß ein Engel Got-  
tes in einem sichtbahren sehr klaren und stets bewe-  
genden Circel-Lichte um ihn gewesen/ und allen halben/ er-  
gehe oder stehe/ mit seiner Gegenwart gewaltsam gestärcket.  
Er sieht mit seinen Vermittels-Augen nicht bloß in die  
Zeit/ sondern durch die Ewigkeit in die Unewigkeit/ und  
erfähret alles sichtbarlich/ was der hoherleuchtete Bohme  
durch die Geistes Antriebung ausgezeichnet. Dazu ist  
ihm von dem Herrn/ wiewohl er der unwürdigste unter  
allen Menschen/ so grosse Gnade widerfahren/ daß er mit  
seinen Gemüths-Augen die H. Licht-Welt anblicket/  
und sind nun eben 3. Monath verflossen/ seyt ihn der Herr  
stets-*

[k] in B. R. Cap. XXII. pag. 389. s. Conf. etiam D. Pfeiff. l. c.  
p. 270. seq.

stetswährend solchen Aufschauens gewürdiget / ob  
schon einmahl klarer / als das andere. Seine Zunge  
ist viel zu schwach / die wunderbahren Licht-Gebührten  
zu erzählen / und wiewohl er etwas mit seinem Verstande  
erreicht / mag ers doch nicht mit keinen Worten ausdrücken.  
Tausend mahl tausend unschliessen ihn oft ;  
mals / und dringet die unaussprechliche Klarheit auch ;  
in die Leibes-Augen / welche es noch zur Zeit nicht ;  
können ertragen. Die wunderlichst- und allerschön- ;  
sten Bildungen in ungesehenen Farben verändern sich  
immerfort / und möchte verglichen werden der grossen Welt-  
Kugel / wenn solche von den aller-edelst-durchscheinenden  
Steinen / den Jerubin / Schmaragd / Delfin / Onyx /  
Saphir / Diamant / Jaspis / Hyacinth / Amethyst /  
Amarill / Sardis / Caruncel / Opal / Turkis und  
dergleichen zusammen gesetzt / bestünde. Wenn es  
aus dem heilig lichten Triangel das aller-lichtesten Licht /  
vor dem das Erden-Licht ein Unlicht / plötzlich emp-  
fänget / Ach ! welche Überleuchtung erleuchtet alles / ic.  
Hebesoit sane mentis acies Kuhlmanni ad hanc lucem  
& nescit pulcherrimas naturalis luminis modificatio-  
nes. Vana vero Angelici colloquii opinione turgidus  
fabulas comminiscitur & fraude fortassis Satanæ, qui  
se in Angelum lucis saepius transformare solet, (1)  
circumventus divinas jaetat revelationes. Plura hu-  
jus generis ex eo adscribi possent, sed video mihi  
plura adhuc dicenda restare.

XXIV. Animo ad fanaticismum bene præparato  
ex Academja Jenensi in Belgium profectus sui ingenii  
homines ubique invenit ac compellavit, qui miserum  
juvenem perversis opinionibus jam immersum

ementitis insuper prophetis in errore suo confirmarunt. Dedit autem hic operam libris legendis & scribendis, primumque in lucem publicam Ao. 1674. Lugduni Batav. emisit *Prodromum quinquennii admirabilis*, in quo orbi litterato vel sexcenta nova in re literaria inventa & arcana proponit, quæ è longe accuratiore, quam vel Lulliana vel Kircheriana methodo ac divinitus inspirata profluxisse venditat. Promittit nempe sub titulis prorsus prodigiosis, ut *Kircherus* (m) judicat, *Artes magnas eloquentiae soluta & ligata, sciendi, scribendi, linguas discendi, commentandi, Critices, Adagiorum, Apophthegmaticam, Tragicam, Comicam, Poëticam*, it. *Historiam universalem & specialem Hominis, Bibliothecam Bibliothecarum, Artem magnam Antiquitatis*; porro *Clavem Aeternitatis, Eviternitatis, Temporis; Tract. de Homine Microcosmo, de Homine Deo, Homine Diabolo, Resurrectione è natura demonstrata, de illustribus Seculi hujus Centum viris & innumera alia, quæ videri possunt apud B. Morbosium* (n). Qui addit: (o) an crediderit aliquis, unum hominem & juvenem quidem, tot laboribus parem, si cetera omnia sibi satis constarent. Quæ res etiam commovit *Atb. Kircherum*, ut in Epist. (p) eum vocaret *Virum Excellentissimum πανοφόν* & non sine sale & risu scriberet; magna sane ἀπίστη μέγε αἰνῶντα promittis, quæ uti *supra omnem humani ingenii captum* longe constituta sunt, ita ea quoque à nemine huc usque non dicam tentata, sed ne cogitata quidem fuisse audacter affirmo. Atque adeo aliud mihi suspicari non liceat, nisi talem Te di-

vino

(m) in Epist. p. 38. Vid. D. Calov. *Anti-Böhm. Präf.*

(n) in Polyh. P. I. p. 357. p. 232.

(o) p. 361.

(p) l. c. ap. D. Calov. *Elogium*, quo in effigie ab Andr. Lippio edita celebratur, vid. ap. Hen. Witte Part. II. Diar. Biogr. p. 168.



vino munere Scientiam adeptum esse, qualem sacra pagina de Protoplasto & Salomone testatur, explicò Adamam, Salomoniam, verbo, infusam, nulli mortalium nisi tibi soli notam, ceteris inexplicabilem scientiam. Quod non crederem, nisi tu ipse rei veritatem fatereris &c. Multa tamen sunt illic, quæ etiam ingenio sibi relicto præstari possunt, quæ verò veluti in speculo quodam Veritatum æternarum simplici contuitu sine discursu, vel Angelico more se contemplari ille gloriatur. Scrip-  
rat antea duas epistolas ad Ath. Kircherum, unam de arte combinatoria, alteram de mirabilibus suis inventis, quæ litteræ cum responsoriis Kircheri simul editæ sunt Lugd.Bat. Accusat in eis Kircheri artes magnas imperfectionis & magnum Virum ejusque Scripta acerbè fugillat atque perstringit, (q) ubique rerum suarum & *τῆς πανοπίας ἐγγόθεν δεδομένης* mirificus præ-  
co. Promisit autem ista omnia tantum & nihil præ-  
ststit. Præter titulos enim nil vidimus, qui quidem magnam ingenii ejus capacitatem (r) arguunt & satis ostendunt, illum omni litterarum genere non mediocriter fuisse imbutum, sed an eventus promissis respondere potuisset cum laudato Morhofio (s) valde ambigo. Ipse sane Kuhlmannus causam, *cur promissis*

(q) Vid Morhof. l. c. p. 359.

(r) ut adeo verum sit quod Aristoteles alicubi dicit, *omnes inge-  
niosos melancholicos esse.* Et fuit Kuhlmannus utique *ἰνφα-  
τικῶς* ac ex naturali hoc *ἐργαστηκὼς* summa felicitate & elegantia carmina fudit, quorum tum laude meminit B. Sagitt. l. c. p. 903. nec non Er. Francisci p. 91. Pari felicitate *PSalmos Davidis* ad numeros coegit, quos vidit & laudat idem Franc. l. c. Scripta ejus te-  
liqua recenset modo laudatus Witte.

(s) l. c. p. 361.



*non susterit, innuere videtur in Prodrom.* (t) nec de illo, inquit, perficiendo opere desperasse tanta iudicij acrimonia à DEO instructus, nisi omnipotens consummatione Seculi laborem absumeret. Quæ verba simul arrogantiam hominis inanem aperire existimem, quam tunc maximè prodit, quando nullam ignorare se linguam, etiamsi nullam didicerit, prædicat, sed omnes in universo per solam divinam illuminationem ac beneficio lingue Böhmiæ (quam universalem, naturalem & artificialem vocat) se intelligere affamat. (u) Quinto imo huic artificio tantum tribuisse dicitur, ut Constantinopolin prospectus expetierit & obtinuerit etiam ad Imperatorem aditum, sed à loquela sive Arabica, sive Turcica, quam mirabiliter sibi obventuram nimia fiducia crediderat, destitutus, multis plagis affectus temeritatis pœnam dedit. (x)

XXV. Hactenus impii erroris conspiratio in obscuro quasi recessu delituerat, nunc demum in apicum prorupit. Frequenti enim librorum fanaticorum lectione fascinatus se totum Enthusiasmo tradidit horrendis conviciis omnem Nostratium Theologiam & Philosophiam proscindens. Accedebant inepta pessimorum hominum pollicitationes & fraudes, quibus animum Kuhlmanni facile occupabant, ut quod ausus fuerat Rothius, ipse post eum moliretur, nec tamen consequeretur Kuhlmannus. Credebat enim stolidissimus homo, se res miras ac supra humanae nature vires editurum esse, eaque omnia, quæ per mente captum

Rothium

(t) ap. Morhof. p. 358.

(u) Vid. Böh. Red. Præf. & Cap. XII. it. Epist. Leidenses, nec non Er. Franc. p. 88.

(x) ut refert B. Sagitt. 903. l. c. not. (a)



Rothium non potuissent absolvī, per ipsum, Bōhmi vaticinio ad id delectum, feliciter expediri debere. (y) Fuit autem Joh. Rothius (z) Amstel. Fanaticus eadem tempestate famosus, qui magno ardore annunciavit quintum Monarchiam, & Latinam imprimi curavit Epistolam, qua Reges Europaeos admonuit, ut agno depositos fasces deferrent & Jesum Regem unicum profiterentur. Sex etiam libris complexus est Prophetiam suam, in quibus *quintam suam Monarchiam seu regnum Chiliaisticum* (a) *ad. 1674.* inchoatum iri probare nitebatur. Imo vexillum pro novo suo Rege Chiliastico jam adornaverat, quod asservare hodienum dicitur *Curia Amstelodamensis.* Hujus Rothii litteræ quamplurimæ ad Kuhlmannum extant, quibus eum de suo & Bōhmi vaticiniis plenè instituit ac confirmavit. (b) Qui etiam, ut erat homo ambitiosus amabili insania ductus sibi persuaderi passus est, se à DEO destinatum „ & per 21. Prophetias in primis Cotteri gentilis denominata

## F

tum

(y) Leg. Kuhl. B. R. Präf. \*\*\* iii b. &amp; Cap. I. Franc. l. c. p. 89.

(z) Vid. B. D. Kortholt. H. E. Sec. XVII. §. 18. D. Pfeiff. Anti-Enth. Cap. IV. p. 268.

(a) Leg. ipse Rothius Ep. X. ad Kuhlri. p. 264. b. Dieses 1674. Jahr ist das erste Jahr dieser guldnen Zeit und 3. Jahr nach dlesem Jahre als im 77sten wird man den grossen Babel Fall sehen vorinnuen das Reich seinen Anfang nimbt in Glorie und Herrlichkeit / nachdem viel Feinde sind erwürget. it. ej. Prophetien p. 40. Nieuvve Hemmel. p. 66. 67. &amp; Conf. Pfeiff. l. c. p. 269. Consentit Kuhl. Cap. XVI. B. R. p. 154. Das Geheimniß der Iesus Monarchie oder Reichs Göttes wird wieder vollendet umb 7. und 10. Uhr 1674. &amp; 1677. und wird seyn darnach eine Hütte Göttes bey den Menschen. Leg. D. Pfeiff. l. c. p. 271. &amp; Anti-Chil. p. 66.

(b) Vid. Rev. Min. Trip. Apol. l. c. p. 98. cui Kuhlmannus auf die der von den neuen Holländ. Propheten Joh. Rohten jämmerlich



*"tum esse, ut oppimeret & deleret Reges impios, Ju-  
"dæos autem dissipatos, palabundos & cœli solique  
"sui extorres vagantes per orbem, ut Tertulliani (c)  
"verbo loquar, colligeret, ac X. reliquas tribus Israë-  
"lis ab Assyriorum Regibus quondam abductas & in  
"centro terræ absconditas, ad gentem suam, sedemq;  
"patriam postliminio reduceret, atque regnum Ba-  
"belis destrueret & quintam diuque exoptatam Mo-  
"narchiam erigeret. (d) Qua de causa certo jam  
"imminere judicium extremum, quo mundana re-  
"gna destrui deberent, quam primum lux in septen-  
"trione orta fuerit, redditum item cum Enoch,  
"Mose & Elia, Noachum atque universalem Judæo-  
"rum, Turcarum reliquarumque gentium omnium  
"superstitionum & infidelium ad Christum conver-  
sionem*

lich bezauberte und Erbarmungs-würdige Schlesische Jungling.  
Et Conf. ipse Kuhlm. B. R. Cap. XIII. qui agit de Rothii Vita, vaticiniis, libris &c. ex quo multa refert B. Calov. in Anti-Böhm. p. 40. f.

(c) In Apol. Cap. XVI.

(d) Quam vocat die göldene Rosen und Lilien Zeit oder glori-  
würdigste Iesus Monarchie in B. R. Cap. XV. p. 117. it. Præf. Iesu  
sus Christus der König aller Könige und Herr aller Herren kommt  
mit seiner versprochenen Lilien und Rose zur Wiederbringung  
des verlohrnen Adamischen Erden Paradies-Leben, das wir mit  
Ihm die verheischene 1000. Jahre regieren als Priester Gottes  
zum Vorschmack der ewigen Herrlichkeit! Vid. quoque Calov.  
l. c. p. 20. 21. f. B. Morhof. in coll. MSCT. Hist. Nat. Cap. II. de Phys.  
Mof. ap. Dn. Er. Franc. l. c. p. 431. existimat eum in hos crassos &  
gravissimos errores inductum esse, quod cum in juventute adhuc  
esset, nec haberet maturum de rebus judicium, scientiam autem vari-  
am & non contemnendam, ex fastu aliquo istas opiniones com-  
munium hominum iudicio adversas defendendas sibi sumserit.  
Vid. quoque p. 89. 120. f.



sionem instare (e) constanter credidit. Imo eo de-  
mentiæ devenit, ut scribere non erubesceret, se ex  
uxore sua, quam *Mariam Anglicanam* vocabat, filium  
suscepturnum, qui multis miraculis divina virtute edi-  
tis sanctam hanc, quam somniabat, Monarchiam es-  
set instauraturus. (f) Nec intra hos terminos stetit  
iste error, sed latius divagatus in (g) *Mosca*, quo tan-  
dem abiit, libellos inter suos, ast clanculum, disse-  
navit, in quibus se, quod omnium absurdissimum est,  
nedum *blasphemum*, pro *filio DEI filii* (h) venditavit, qui „  
missus in mundum sit ad erigendum regnum Chi-“  
liaisticum; uxorem etiam suam expresso nomine in „  
fronte libri radiis solis amictam duodecim stellarum „  
corona ornatam & Lunam pedibus calcantem quasi „  
Reginam novarum Hierosolymarum impie depingi „  
fecit. Quæ ipsi etiam fuerunt exitio, ut infra „  
dicendi locus erit.

XXVI. His & ejusmodi pluribus deliriis refertus  
est liber ejus, cuius integrum rubricam, quam *Calo-*  
*vius* (i) speciosam, gloriabundam & vere phantaesticam  
F 2 vocat,

(e) Ib. Cap. XV. XVI. f. Franc. l.c. p. 89. 427. Calov. l.c. p. 38. f.  
Pfeiff. Anti-Chil. p. 65. f.

(f) Qvæ & plura alia legi possunt in Epist. Londin. IX. qvæ edi-  
ta est Anno 1679. 12. Roterod. in qva multa habentur Prophetica de  
ultimis temporibus. it. Epist. Theosoph. Leidens. 1675. Gröningæ  
emissæ, & B. Francisci p. 92.

(g) Vid. Plur. Rev. Dn. Benthemii Holland. Kirchen und Schu-  
len-Staat. Part. II. p. 345.

(h) Quo horrendo crimine ad omnem ætatem duraturo se ob-  
strinxerunt David. Georgius, Es. Stiefelius, Ez. Meth, de qvibus Vid.  
D. Pfeiff. Anti-Chil. Præf. it. p. 26. 52. 61. 125.

(i) In Præf. Anti-Böhmi.



vocat, hic inscrere non gravabor, quoniam rarus admodum est & semel tantum oculis meis usurpatus:

### Quirin Kuhlmanns

Neubegeisterter Böhmi / begreiffend 150. Weissagungen mit der Vren Monarchie / oder dem Jesu-Reiche des Holland. Propheten Joh. Nothens / übereinstimmend / und mehr als 1000000000. Theosophische Fragen / allen Theologen und Gelehrten zur Beantwortung fürgeleget / wiewol nicht eine einhige ihnen zu beweisen / wo sie heutige Schul-Manner sonder Gottes Geist folgen. Darinnen zugleich der so lange verborgene Lutherische Anti-Christ abgebildet wird / zum allgemeinen besten der höchste verwirten Christlichkeit / in einem freundlich sanfften und eyffrig feurigen Liebes-Geiste ausgesertiget an des Lutherhums Könige / Churfürsten / Prinzen und Herren / wie auch alle Hohe Schulen und Kirchen-Gemeinen Europens. Zu Leyden Ao. 1674. (k) Prolixus est in laudibus Jac. Böhmii, (l) quem præ certis fanaticis in deliciis, quemque semper in manibus & ore habuit. Hunc ubique Stium appellat, & cœlum sanctum divinumque hominem, & à Deo actum ac

(k) Sphalma Typographicum est in Op. Bibl. Germ. D.D. Calov. l. c. ubi pro An. 1644. legi debet 1674. Priorisit insuper duas hujus Böhmi: Red. partes, quæ tamen cum reliquis ejus promissis in sumum abierunt. Vid. Dn. Colberg. l. c. p. 325.

(l) Leg. speciatim Cap. VI. usqve ad X. inclus. p. 70. seqq. ubi Vitam & Scripta ejus, quæ pro divinis & cœlitus inspiratis omnino habet, prolixè recenset. Propterea à B. Pfeiff. Anti-Chil. p. 38. vocatur Jac. Böhmen Waffenträger. Tantiautem fecit Böhmiūm, ut defendendi ejus causa reprehensorias litteras ad Dn. Er. Francisci, qvod Böhmiūm refutasset, scriperit, qvarum meminit ipse Franc. l. c. p. 90.



angelum (m) cum aeterno Evangelio per celum volantem  
autem non in omnibus paginis commendat. Occupatur præterea præconiis & elogiis Job. Rothii (n) ac  
yaticinis hujus (o) aliorumque Prophetarum (p) Hor-  
rendis denique calumniis, quibus orthodoxam Eccle-  
siam onerat, absolvitur. (q) Nec quidquam temere  
prætermisit, quod divinæ Veritatis hostium ludibrio  
& contemni exponendæ facere posset. (r) Appen-  
dix loco è decem prioribus Geneos capitibus plus  
quam decies centena millia questionum proponit, ad quas  
ut respondeant, ast non more Scholastico, Theologos  
nostrates graviter (s) & serio obtestatur. Cujus au-

F 3 tem

(m) Cap. XVI. Fabulam autem de examine Jac. Böhmii coram  
Proto Synedrio Ecclesiastico Dresdeni à Kuhlmanno Cap. VI. p. 42. 43.  
conficiam solide refutarunt B. Calov. Anti-Böhm. Praef. d. Er. Fran-  
tiscil. c. p. 200. seqq.

(n) Cap. XIII. p. 97. f.

(o) Cap. XVI. p. 220. 234.

(p) Cap. XIV. p. 109. f. Job. Corn. Hasevenit testimonium de  
Joh. Rothio Zachariae filio & Regis futuri Chiliaستici præcursori  
refert. Cap. XV. XVI. p. 117. f. continent 150. Prophetias Böhmii,  
Rothii, aliorum.

(q) Qvo scriptio[n]is genere nimis eheu! à fanaticis à multis iam  
annis pugnatum est, & hodie pugnari solet, ab iis qui malam causam  
habent.

(r) Conf. speciatim Praef. & Cap I. seqq. XVII. XVIII.

(s) Cap. XX. p. 189. Verflucht seyn derjenige Schrift-Doc-  
tor im Rahmen des Herrn Zebaoth / der sich erkuhnnet einen Do-  
ctor des ewigen Evangeliums sich weiter zunennen / dasselbe auch  
zu beurtheilen und nachgesetzte Fragen nicht verstehtet. Et in Praef.  
Doc. ad Reges & Princip. Böhme giebet euch in die Hand 1000.  
Fragen / das eure Kön. Majest. selbst erfahren / wie schlecht es  
mit den Höhen-Schulen beschaffen / weil ich euch versichere in  
Kraft



tem sint sententiae, quilibet facile ariolari poterit. *Mystaria Böhmiana* maximam partem continent, illiusque librorum lectionem haud superficiariam sapiunt. (t)

## XXVII.

Krafft meiner Erkändtniss / daß sie keine einzige Frage aus diesen 1000. Fragen euch werden recht erklären/ sondern nur mit Güt- büncken / Meinungen / Autor-Anziehungen / ungewissen Muß- massungen / streiten und Zanken darauff antworten. Vid. Cal- lov. l. c. p. 63.

(t) Id, quo fiat manifestius, quasdam huc afferre cum Böhmi locis non pigrabor. Qv. 1. was ist die Ewigkeit/welche der Ewigkeit anfängl. Anfang und unendliches Ende beschleust? Qv. 2. oder war die Ewigkeit vor Gott oder Gott vor der Ewigkeit oder zugleich mit Gott? Paria leges ap. Böhm. in Aur. c. 21 §. 13. Qv. 7. was war als weder Gutes noch Böses war? Vid. Böhm. P. II. Mensch. J. C. c. 1. §. 9. Qv. 8. kahm das Gute aus dem Bösen o- der das Böse aus den Guten? Posterior affirms Böhm. Aur. c. 8. §. 15. s. 3fach. Leben c. 7. §. 43. 44. 6 Punct. c. 5. §. 31 c. 6. 2. 3. Myst. M. c. 29. §. 7. 8. 3 Princ. c. 2. signat. c. 6. §. 11. Qv. 14. was wa- ren die Heil. Engel ehe sie waren? V. Böhm. Auror. c. 16. §. 14. c. 4. §. 26. c. 8. §. 1. c. 6. §. 11. 12. Qv. 117. 118. 119. Wie schafft Gott Adam ein Männlein und Fräulein und segnet sie und Ad- am war ja allein? was war in Adam das Männlein und das Fräulein/ wie war das Männlein und Fräulein vereinigt in Adam? Hec ex Paracelso definit Böhm. in 3. Princ. c. 11. §. 23. M. M. c. 18. §. 2. c. 19. §. 15. Gnadenw. c. 6. §. 33. 8 Seel. Fr. §. 6. 36 fr. §. 5. Apol. 1. wider Zielcken §. 603. Qv. 132. 133 wie war die Speise in Adam verzehret/ da er weder Därmer noch dergleichen Gies- der hatte/ sondern ein angemenschter Engel war? oder meinen die Schriftlinge/ daß Adam das Bildnis Gottes hatte und in ißiger Thierischen Blöße war? Leg. Böhm. Aur. c. 2. §. 33. c. 6. §. 3. 3. Princ. Ess. Div. c. 10. §. 6. 7. M. M. c. 18. §. 33. & Paracels. lib. Azoth. p. 312. & talium ineptiarum nullus finis est. Risum cer- te movent, qvando qv. 11. Was ist der Grund im Ungrunde oder der Ungrund im Grunde? Qv. 12. was ist das Wesen in Un- wesen



XXVII. Quam acerba autem convicia in summos  
Ecclesiae Orthodoxae Theologos, præ ceteris Chemni-  
tium, Gerhardum, Museum, Calotum, Scherzerum p.m. im-  
pudenter conjiciat Kuhlmannus, (u) quam impie libros

Ecclesie

wesen &c. Qv. 25. Warumb scheinen die Sterne bey Nacht / u. nicht  
bey Tage? Qv. 76. Weil Gott die 2. Lichter an die Himmels-Feste  
setzte / so sind sie ja unbeweglich? Qv. 177. Bekam Adam eine lebendige  
Seele? So müssen ja tote Seelen auch zum Unterschied seyn? Qv. 128.  
was für Unterschied ist zwischen der Engel und Adams Seele? &c.  
reliquæ tam absurdæ sunt & commentitizæ, ut supervacaneum sit iis  
commemorandis immorari diutius. Unū saltem ex Präfat. huc op-  
ponam, unde quid de reliquis sentiendum sit, judicium fieri haud dis-  
ficalter potest. Subsignat eam his verbis: gegeben zu Leyden (in Ko-  
nig Davids Stadt) Pf. XXXIX, 18.) ex quibus corruptum hominis de-  
lirantis judicium facile cognoscitur, ut & ex ridiculis loquendi for-  
mulis passim obviis v. g. Franckreichs Vilge / so herrlich sie anfangs  
belütget schien / so stark ward sie von dem Monden Buch entlüget /  
und entlüget sich durch gerechte Gottes Rache je mehr und mehr  
&c. Dijz ist die Zeit / darinnen die Welt sich selber begräbet und  
mit ihrem Grabe zu Grabe geht. Ist wird die Gnaden-Pforte  
eröffnet / alle Riegel entriegelt / die Schlosser entschlossen / die  
Thüren entbüret / und unsers Emanuels Gleichenisse entgleich-  
nüsset. it. Die Lutheraner haben den Anti-Christ ent anti-Chri-  
stet. Gott entnecke sie aus des Teuffels Nezen. Alle Secten  
sollen bald entdecket werden. it. Die 7. Zeit ist da / alle Siegel  
werden entsiegelt / alle Geheimnisse entgeheimnüsset / alle Wun-  
der entwundert. Der Anti-Christenthums Winter hat sich aus-  
gewinkert / der Christenthums Frühling befürhlinget sich schon.  
&c. Vid. quoque supra §. XXIII. nostræ Dissert.

(u) Nemo certe in Theologos dixit vehementius unquam, ne-  
mo scripsit acerbius in quorum tamen Vita & doctrina nullum  
reperire erratum aut scelus aliud potest, quam quod Scripturae Sacrae  
auctoritatem fartam rectamque conservare malint quam fanaticis  
ejus deliriis favere. Supervacuum autem est nunc ejus insecta-  
tiones atrocissimas commemorare.



*Ecclesia nostra Symbolicos, (x) sanctum Ministerium & omnia (y) fere sigillet, hic pluribus dicere non vacat. Legatur cui facultas est, Præfatio Böhm. Rediv. & Cap. I. sqq. XVII. XVIII. ubi non modo Protestantium Principes ad amplectendum suum Evangelium invitat, sed ad id ipsum faciendum Theologos no-*  
strates

(x) Conf. præter Kuhlmannum potest Er. Francisci p. 233. l. c.

(y) Academias ceu Babelicas & latronum habitacula exagitare: Eure Schulen und hohe Schulen, eure Kirchen und Rathhäuser sind zu Mörder-Gruben worden. Vid. Calov. Anti-Böhm. p. 96. seqq. Honores & Gradus Academicos in Academis publica auctoritate & Imperatoria bene meritis loco præmii collatos damnat & sublatos cupit eosq; *Anti-Christianos, Diabolicos, maledictos & Papistino* oxiundos vocat. in Ep. ad D. Müller. Vid. Calov. l. c. p. 98. & in Præf. ad Reg. Duc. Ward Luther nicht wieder das Jesus Gebohrt zum Doctor der Heil. Schrift nach Anti-Christischen Gebrauch gemacht / warum behiebt er denn diesen Anti-Christ. Teufflischen Titul vom Pabsthum? Ach welcher schon mit seinen Anti-Christ. Doctor-Nahmen der verhochteutschten H. Schrift solches Anti-Christische Schand-Brandmahl an die Stirne gebranet / was wird er nicht anders angebrennet haben? &c. Calov. l. c. p. 100. Imo nomini Lutheri adeo infestus est ut eodem loco scribere non vereatur: So habet ihr gleichfalls die Christen Benennung von euren Christus weggeworfen / den Lutheraner Nahmen von ihren Luther mit unerträgl. Leichtsinnigkeit angenommen. Seyd ihr Christen / auf Christus Nahmen getauft / durch Christus Kreuz erlöset / mit Christus Gnade gesalbet / was habt ihr denn mit Lüthern zu schaffen / daß ihr euch von Lüthern mit der Lutheraner Nahmen tauffen lasset / als durch Luthers Lehre vom Pabsthum Erlösete und mit Luthers Glauben Gesalbete? Besisset ihr das ewige Evangelium / was bedeut das Augspurgische Bekändniß / darinnen das ewige Evangelium unbekannt &c. Leg. Calov. l. c. Hinc multa garrit de Evangelio Grammatico, Biblio Grammaticis rixis Academicis Anti-Christianis &c. qvæ vide ri possunt ap. D. Calov. l. c. p. 96, sqq.



strates quoque admonet, proposita, quamcunque ve-  
lint eligere, maledictionis & benedictionis sententia. (z)  
In ipsum B. Lutherum hunc in modum debacchari non  
erubescit. (a) Luther eyfferte wider den Päpstischen  
Baal wie Iehu/ und dieses war hoch zu erheben; Er ließ  
aber nicht vom Bapst-Greuel hernach wie Iehu von  
Jerobeams/ und dieses war hoch zu schelten. Er ver-  
gnügete sich an der Schrift äußern Schaußen/ den innern  
Kern verlohe er/ und erklärte in der Schrift/ was er nicht  
zu erklären vermochte / dadurch er ein neuer Anti-  
Christ in Schaafs-Wolle ward. Laudat alibi (b)  
Lutherum, Luther habe aus der Heil. Schrift das ewige  
Evangelium / das im Pabsthum verlorenen / wieder ge-  
sucht und gefunden / & mox alio (c) loco negat, Lu-  
therum

G

(z) In calce Präf. B. R. Ich rufse heuse über euch zu Zeugen  
Himmel und Erden/ daß ich euch frey zu dem ewigen Evangelio  
rufse / daß ihr das Anti-Christen Evangelium aus euren Grän-  
zen solt ausrotten und euch zu den Pracht-Einzuge des ankom-  
menden Monarchen bereiten &c. Ich lege euch für Segen und  
Fluch &c. Ich ermahne euch euer Länder Heil wohl in acht zu-  
nehmen und euren Bischöffen und Geistlichen zugebieten / ent-  
weder das ewige Evangelium euch darzustellen/ oder ihren Luthers-  
Baal auszurotten. Ich verkündige euch hergegen den aller-  
grausamsten Fluch über eure Länder / wo ihr sie nicht reiniget von  
dem Anti-Christenthume / ehe das Zorn-Feuer alles überfeuret/  
so müsset ihr erbärmlich umkommen / und sehet es ist kein Ref-  
ter da!

(a) Präf. \*\* bv.

(b) Ib. not. \*

(c) Ib. \*\* bv. M. Luther widerstand den Päpstischen Greus-  
eln durch Gottes Kraft/ mit solcher Tapferkeit/ daß ein unglau-  
licher Niß ins Babsthum geschehen / und ließ sichs ansehen / als  
wenn der Engel mit dem ewigen Evangelio kommen wäre/ wie  
wohl



therum esse Angelum cum æterno Evangelio diu ex-  
pectatum. En apertam hominis male fani contra-  
dictionem! Quando autem dicit: (d) Anti-Christen  
suchen allezeit noch den Anti-Christ / und mit ihren  
vielen Suchen fehlen sie des Anti-Christs / weil sie in sich  
selber den Anti-Christ zu suchen vergessen: idem certe  
Kuhlmanno cum novatoribus omnibus contigisse  
puto, dum *Anti-Christum Lutheranorum* (e) tam anxie  
quæreret. Eodem modo ipsi facilis concedo, *Luthe-  
ranam fidei professionem cum Böhmii assertis hanc conve-  
nire*, (f) siquidem ejus & Magistri lui doctrina fana-  
tica est & humani ingenii commentum; Lutheri vero  
sancta & fana ac ipsis æternis divinioris Scripturæ  
litteris fundata Veritas. Multo absurdiora sunt, quæ  
lymphantus homo scribit: (g) Wer mag mit Seuffzen  
beseußzen die erschreckliche Abgötterey / welche die Lu-  
therische Schrift Doctores mit der Heil. Schrift trei-  
ben? Sie machen aus den Heil. Paulus und andern Apo-  
steln noch ärgerre Abgötter / als die Päbster / indem  
sie ihre Worte für Gottes Worte ausgeben / da das  
Gottes Wort nicht in ihren Reden / sondern in ih-  
rer

wohl es weitgefehlet &c. It. Die Lutheraner haben doch das  
ewige Evangelium nicht / sondern denken nur / daß sie es haben/  
und werden darinnen betrogen.

(d) Ib. \*

(e) Ita autem in Ep. ad Moll. Ich habe von Lutheranischen The-  
olog. Anti-Christ den Anfang gemacht / und werde alsdenn den  
Päblichen und Calvinischen abschildern. Nichts minder der  
hohen Schulen aller Religionen/ ihren Juristischen / Medicin. Phi-  
losoph. Philologischen Anti-Christ / auf den keiner nicht gedacht  
weisen. Conf. Calov. I. c. p. 99.

(f) In B. R. Cap. XVIII. p. 273. sq. Leg. Franc. p. 233.

(g) Präf. \*\*\* ij. & Cap. XVII. Vid. quoque Calov. p. 69. sq.



rer Reden Geist lieget. Verum enim vero hæc  
verba non merentur responcionem, si enim ullibi, hic  
sane verum est illud Hieronymi, hujus sententias reci-  
tasse est refutasse. Sintne sani hominis, an fanatici,  
vel tyro sacrarum paginarum definire poterit. Pos-  
sem quidem addere plura hujusmodi & ostendere,  
quam sepius Kuhlmannus cum recta ratione insaniat ac sibi  
contradicat, sed propositi memor nolo chartam &  
tempus istis næniis & ineptiis prolixè referendis per-  
dere. Eas vero criminationes non possum præter-  
mittere, quas virulento ore in laudatissimum Vinariens.  
laborem eructat. Ita autem verba (h) ipso auditu  
acerbiora insanientis hominis sonant: Mit was für  
Mühe hast du (Seren. & pient. Principem Ernestum,  
glor. mem. sine omni honoris præfamine alloquitur)  
die Heil. Schrift hervor gegeben? wilt du aber wissen?  
was die grosse Weimarsche Bibel sey? ein grosser „  
Lutherischer Anti - Christ / voller Meynungen“ „  
Wahn - Erklärungen / Schrift - Verfälschungen“ „  
Teufels - Gaudeleyen / in Anti - Christlicher Greuel“ „  
der das lautere Gottes Wort verderbet / und nach sei-“ „  
nem Kopffe/ nicht aber nach dem Gottes - Geiste aus-“ „  
leget / x. Parcius ista viris, Kuhlmanne? quis hæc“ „  
tibi credat? Judæus Apella non ego, qui potius exi-  
stimem, has Vinariensium Theologorum Commenta-  
tiones æternis laudibus dignas (i) (quanquam suis næ-

G 2 vis

(h) l. c & Calov. p. 36. sq. qvi addit, qvæse quuntur.

(i) Pulore Mich. Walther. D. in Præf. Cent. Misc. Theol: Ve-  
ritas & conscientia me hoc fateri cogunt, Solem per tot annorum  
millenarios enarrationem fundamentaliorem milioremq; Codicis  
tersancti nec vidisse, nec radiis sui perstrinxisse unquam. Norimber-  
ga in ipso anni ingressu, quo opus illud divinissimum lacis usuræ  
fuerat



vis non destitui cuivis sine verborum ambitu facilis largiar) omnino mereri, ut à φλυαρίαις ineptissimorum ονοφάνταν jure vindicentur ac defendantur. Condonari istiusmodi hominibus hic debet affectus, qui suis tantum somniis & næniis delectantur, ex aliorum verò dedecore acuti ingeniosique viri gloriam aucupantur.

XXVIII. Tam crassos verò & graves errores animo fovebat & scripto publico evulgabat, ut nec ex moderationibus Böhmiti sociis defuerint, qui Kuhlmannum pro homine mente capto & manifeste insaniente habendum esse asserere nulli dubitarent. In quam sententiam legendus est Er. Francisci. (k) Alius verò necno quo præjudicio fascinatus in Epistola quadam, quam exhibit Rev. Minist. Tripolitanum, (l) Kuhlmannum divino relinquit judicio ex ea ratione, quod charitas semper optima speret & Deus mirifice agat cum sanctis suis, quod allatis Ezech. Cap. IV, 12. s. Jerem. Cap. XVIII, 1. s. XXVII, 2. 3. Prophetarum exemplis evincere conatur. Refutavit autem hæc omnia solide Rev. Ministerium laudato loco. (m) Ipse quidem Kuhlmannus de Consensu B. D. D. Henr. Mülleri, Rostochiensum Theologi longè celeberrimi maximè sibi gratulatur, (n) sumnumque Virum in suas partes pertrahere omni conatu laborat, ast infelici successu. In malum enim sensum rapit optima B. Mülleri verba de

Christi-

fuerat expositum, de omnibus cathedralis suis Deo propterea gratias egit solemnissimas. Conf. M. Sylv. E. kard. Paßt. Conscient. Cl. II Sect. I. qv. 26. p. 154. & Cl. Tenzel. M. U. 1693. p. 818.

(k) Tr. saepius Laud. p. 90.

(l) Part. II. Apol. cit. p. 751.

(m) p. 756.

(n) I. Præf. pec ac D. Müller. & Cap. I. statim.



Christianismo hodie depravato (o) & ex iis Cap. II. B. R.  
contra mentis Dn. Auctoris sententiam probare nitit  
tur, Müllerum cum Böhmio amicè conspirare, speciatim in  
dogmatibus de quatuor mutis Ecclesie idolis (von 4. stummen  
Kirch-Götzen) fucato Christianismo (falschen Schein-Chris-  
ten) duobus in terra cælis (von den zween Himmeln auf  
Erden) Cap. III. de Lectione Biblica, multa Scientia, Con-  
scientia ferè nulla (von vielen Wissen / wenig Gewissen)  
Cap. IV. de corrupto Ministerio (vom Predigt-Ampte Pres-  
digten und heutigen Schein-Predigern) Cap. V. de abusa  
moderne Confessionis & Absolutionis, &c. (von Erb-Greuel  
Gebýanche der heutigen Basse und Beichte/ von dem rech-  
ten Kirchen-gehen/ Abendmahl empfangen) in quibus  
omnibus putat mirè convenire inter Böhmiū & B.  
Müllerum, hoc tamen semper invito & prorsus re-  
pugnante. Quo minus enim à me impetrare possim,  
ut fidem habeam Kuhlmanno, faciunt sanctissimi Viri  
scripta singularem pietatem redolentia, quæ si quis  
attento animo legerit evolveritque sedulo, is sane

## G 5

(o) Aus der Epistol. Schluss-Kette p. 858. ubi dicit: auch hat  
die heutige Christenheit 4. stumme KirchenGötzen/ denen sie nach-  
gehet: den Tauff-Stein/ Predigt-Stuhl/ Beicht-Stuhl/ Altar.  
Sie tröstet sich ihres äußerlichen Christenthums/ das sie gesaußt  
ist/ Gottes Wort höret/ zur Beichte gehet das Abendmahl ems-  
pfänget: aber die innere Kraft des Christenthums verläugnet  
sie. Sie verläugnet die Kraft der Tauffe/ weil sie nicht im Neu-  
en sondern alten Menschen wandelt/ da doch die Tauffe ein Bad  
der Wiedergeburt und Erneuerung / &c. quæ verba , si recte  
accipiantur, nihil habent incommodi & repetita leguntur in den  
Eröffnungs-Stunden 152. Betracht. Eadem exhibet in Arndio Redi-  
vivo p. 199. Christ. Hohburg, quem post mortem Patris edidit Phi-  
lippus filius. Consensum Böhmi Kuhlmannus ex Cap. VI. de re-  
gener. probat. Conf. Cl. Colberg. P. I. Christ. Plat. Herm. Cap.  
VIII. p. 324.



nullam hujusmodi sententiam offenderit, quæ fanaticismi suspectum reddere Virum *υνοιως* pium ullo modo possent, quanquam non nescius sim propter moderatum in adversarios animum pacisq; studium causam licet justam & à Christiani officio minimè alienam, cum aliis, tum in primis à D. Job. Moller, Hamburgensem quondam Antist. & incomparabili Lutheri Vindice immetrito si recte judico, vapulare. (p.) Monitus quidem B. Müllerus fuit, ut publicas Kuhlmanni criminationes publica responsione à se amoliretur & apologia quadam accusationem fanaticismi dilueret ac confundaret, sed placida morte 1675. anno proximo post editum Böhmiū Redivivū præventus doctissimus Vir destinata fortassis in effectum dare non potuit. Fanaticis alias & novatoribus solenne est, ut optima quæque orthodoxorum malitiosè interpretentur, indeque suos errorēs incrūtent ac in afferendis suis doctrinis monstrosis utique ac impiis assensum (q) Virorum de Ecclesia Christi benē meritorum undiq; conquirant ac coacervent, quibus tamen ne per somnium quidem absurdæ hujusmodi opinones in mentem venerunt.

### XXIX. Fœdis autem erroribus implicitus nefarius fanaticus

(p) Vid. Colberg. l. c. p. 325. & D. Moller Scripta Eristica contra D. Schupplum, Mullerum, Haccium, Bugacum alios. Mirari quoque satis non potest B. Calov. Anti-Böhm p. 34. quod D. Mullerius ad hanc provocationem & consensus gloriationem nihil responderit utut serio monitus fuerit, in primis quia non modo per totum scriptum ipsum compellavit, sed per quatuor integra capita ejus *διεψηφίαν* jactavit.

(q) Vid. Franciscil. c.p. 4. Provocat etiam ad aliorum auctoritatem Kuhlmannus, sed recte Calov. p. 34. l.c. non facile arbitror, nqvit, eos omnes fanaticas illas opiniones ratas habuisse.



fanaticus totum terrarum orbem assumito *Ludovici*  
*Ludovici nomine* (r) oberravit, siue ingenii homines  
quæsivit ubique & invenit. Et primo quidem *Lugduni*  
*Batavorum* vixit, ast vero cum ejus temeritatem gra-  
vissimo exilio cohiberet fœderatum *Belgium*, ex Aca-  
demia *Lugdun.* cum infamia ejectus & proscriptus  
in *Angliam* aufugit & maliitiosè deserta cum liberis  
priore conjugé, quam in *Belgio* duxerat, quamque  
*Elisabetbam* esse augitor, cuius ipse aliquando men-  
tionem facit, alteram sibi in matrimonium assumisit  
ab ipso *Marie Anglicana* nomine sapientia laudatam, fu-  
turi Prophetæ ex ea nascituri matrem. (s) Non diu  
vero rem ibi egit, sed debitum peccati destinatus fuga  
salutem sibi consulere & in *Belgium* se recipere neces-  
sum habuit, ex quo aliquamdiu *Amstelodami*, aliisque  
in locis se continxit, quæ tamen brevi post ex meru-  
ne ob *enorme bigamia* crimen ad supplicium raperetur,  
denuo relinquere coactus fuit. (t) *Gedanum* inde &  
adjacentes salutavit terras, multosque fœda hæresi  
infecit, parum tamen absuit, qm ob idem bigamiae  
aliamque flagitia tolleretur, nisi fuga iterum elapsus in  
tutiorem locum se recepisset. (u) Quod autem *Ro-  
manum* usque pervenerit, & fanaticam suam doctrinam  
Pontif. Max. cognitam fecerit ac propterea ad tribu-  
nal delatus & Inquisitoribus Hæreticæ Pravitatis tra-  
ditus carcerique compactus fuerit, quodque ex hoc  
tan-

(r) Teste Henr. Witte Diar. Biogr. P. II. p. 168.

(s) Vid. Et. Francisci l. c. p. 92. Colberg. p. 326. l. c.

(t) Conf. Anon. *Moscovit.* oder *Neukisher Kirchen-Staats-  
eum* Praef. M. Joh. Georg. Pritii hoc anno Lipsiæ edit. Cap. IV.

(u) Ut ex literis Riga scriptis Cl. Colberg. l. c. ex eoq; B. Sagitt.  
l. c. p. 903. referunt.

tandem exemptus ad *Indos & Africanos* usque penetraverit & convertendis superstitionis gentibus dederit operam, ut hæc omnia commemorat *Frid. Luca* (x) de eo, inquam, mihi nihil constat, nec quicquam inaudivisse unquam vel legisse memini. Hoc saltem mirari subit, disertissimum Auctorem meliora fortassis edoctum in pleniori, quod quinto anno post in lucem publicam emisit, *Silesie Chronico* nullam hac de re injecisse mentionem. Abiit tandem posthæc Kuhlmannus *Constantinopolis*, ubi Böhmana in linguam Arabicam translata *Imperatori Turcico* offerre voluit, (y) sed male, ut supra (z) audivimus, exceptus ad Russos profugit, apud quoscum dogmata sua Chiliasmica & blasphemæ inter populum disseminaret, à publico Magistratu comprehensus atque horrendorum criminum convictus sua culpa periit.

XXX. Tantum enim ab est, ut *ad saniorem mentem redierit & omnia Böhmii sui Redivivi exempla, quotquot nancisci potuisset, redemerit igneg, comburi mandaverit,* (a) ut potius suos errores ad mortem usque mordicus defenderit ac propugnarit. Venerat nimirum circa æstivale tempus A. 1689. *Moscuam* primariam regni hujus nominis Urbem, & cum ibidem non

ex-

(x) In der Schles. Fürsten Krohne p. 103.

(y) Leg. Dn. Colberg. P. II. Christ. Herm. Plat. Cap. XIV. p. 644. & B. Sagitt. l. c.

(z) §. XXIV. in. fin.

(a) Ut publica fama decepti scribunt Max. Rev. Min. Tripol. P. I. Apol. Cap. I. p. 98. D. Calov. in Anti-Böhm. p. 118. 119. D. Pfeiff. in Anti Enthus. Cap. IV. §. 23. num. XII. p. 272. Cl. Tenzel in Colloqu. Menstr. 1689. p. 269. nec non Fr. Francisci in Gegen-Strahl der Morgen-Röhte / p. 722. teste D. Sagittar. l. c. p. 903. & Cl. Colberg. p. 325.



exiguam Bohmicolarum numerum offendisset, putabat se locum ex voto suo reperisse, ubi tuto cum hæresi sua regnaret. Et primum quidem *dissimulatus nomine* inter sectæ suæ homines delitescebat & plebem, quæ nova maximopere suspicit & admiratur, periculosis doctrinis facilis negotio imbuebat. Deinde adibat *Pastorem templi minoris*, qvod Protestantes in Moscua magni Principis gratia frequentant, *M. Joach. Meinecken*, qui jam pridem de adventu ejus audiverat suosque auditores pro concione publice aliquando monuerat, ut sollicite sibi caverent à fanaticis & Pseudo Apostolis, qui Domini gregi se immiscere, eamque labe sua inficere laborent. Hunc primum nomine *Dn. F.S. R. Patroni sui* haud postremi salutare, ad quod vero ille, sibi nullum, quod sciat, commercium cum Dn. F. intercedere atque salutationem istam sibi videri prorsus alienam, salutantis autem personam suspectam omnino sibi esse & cum fama de adventante Kuhlmanno percrebuisse, se quidem illum pro ipso Kuhlmanno habere. Quod prius strenue pernegabat, discessurus tamen dubie concessisse videbatur *Dn. Meineckio* omne sui commercium ipsi interdicente & serio monente, ne deliriis suis turbas in Ecclesiis hujus loci excitaret, nisi certo se adversarium experiri cupiat. Spreto tamen optimo consilio brevi post vaticinium edidit ac per Calvinianum quendam hominem conventui Reformatorum Ecclesiastico exhibendum curavit. Hic homo, in quem infelicissime incidit, nomine *Nordermannus* natione *Germanus mercatorum* antea exercuerat & totus fanaticis opinionibus immersus inter alios hunc quoque fovebat *errorem Christum Servatorem nostrum* denuo cum miraculis,,

H

ut

“ut cœlestem Prophetam in mundum redire oportere & omnes peccatores convertere ac in regnum suum, Chilasticum nempe, transferre. A prudenteribus quidem ab hujusmodi pravis & perversis sententiis retrahebatur, pertinax contra opinionum suarum defensor translatum in linguam Russicam libellum quendam *primario Russorum Ministro* ejus conatibus haec tenus faventi, obtulit, enixè insuper gratiam ipsius exorans, ut quo publici juris fieret typisque exscriberetur libellus, sibi & causæ suæ faveret... Ille vero præsentissimum inde suo & Auctoris capitii imminens periculum metuens insanum hominem dehortari ccepit, ut à proposito desisteret & consilium mutaret, graviter monuit, utque libellum supprimat, nì certissime igni tradi vellet, serio obtestatus est. Quid Nordermannus? omnibus obsecrationibus insuper habitis suo ipse consilio ductus Typographum adire, ut imprimat libellum, petere, huic autem tergiversanti primum & cum Nordermannus vehementius instaret, multa opponenti & regerenti, *tale quid sine Patriarchæ præfatu & voluntate fieri haud posse*, facultatem dare, ut Patriarchæ cognoscendum approbandumque deferatur. Qui etiam causa cogita & exhibitis interea Kuhlmanni libellis *ambos comprehendi jubet & ad tribunal vocat Pastores nostre & Calviniane communionis*, qui de utroque interrogati testimonium talibus fanaticis dignum ediderunt. Unde uterque captivus detinetur & examinatis Kuhlmanni libellis quoniam blasphemæ (a) continerent, Pastores denuo interrogantur, num eadem in Ecclesiis suis docerent vel hæc minimum probarent, qui verò securitati Ecclesiarum suarum,

&  
(a) Vid. supra §. XXV.



& saluti omnium, qui in iis oris A. C. socii audiunt, prudenter prospicientes fanaticas blasphemias diris devoveruit. Inquiritur itaque porro in socios, sed tum omnes Böhmiste subito sibiabat Pseudo - Nicodemi. Duo autem captivi publicæ quæstioni subjiciebantur, ubi Kuhlmannus quidem, cum posset temere dicta vel scripta vel corrigendo vel damnando ex multis se se incommodis eximere, maluit tamen exitio suo ipse se involvere, & severissimo judicio se committere, quam vel minima ex parte de sententia sua decedere. Obstinatus igitur in equuleum impositus hunc examinandi modum indignè tulit: cum verò querelis nil efficeret, verso ad iram animo *ignes de cælo minatus* est, sed derisus & eo atrocius flagellatus corrigerem quidem errorem, ast justo serius cogitavit remissionemque petiit ad libros suos provocans & Quæstionis Præsidem remittens, insimulque *pictorem* quendam, qui adventum suum in has terras promovisset, prodidit. Hinc ille etiam carceri mancipatus brevi post sumto veneno infelicem animam expiravit. Re postea multum agitata intervenientibus quoque turbis per magni Duci sorores excitatis & in publicos motus desinentibus pertinaces tandem captivi ad vivicomburium condemnantur, & non diu post latam sententiam uterque Kuhlmannus & Nordermannus in balneo quodam (quod Moschi vocant eine Schwarze Stube & cum nostris fumariis aliquo modo convenire dicitur) die 3. Octobr. (b) *virus ustus combustusq; tremendo & miserrimo mortis genere periit libris publico*

(b) Leg. Witte l. c. p. 168. id quod factum 1690. anno scribit Exc. Rechenberg. in summ. H. E. p. 727. ubi quoq; commemorat, Kuhlmannum cavea ferrea inclusum & concrematum fuisse.



publico edicto aboleri jussis & sub pena capitis interdictio.  
(c) Atque hic est funestus hujus fanatici interitus, ex  
quo tempore asseclae illis in locis degentes cautius  
mercari didicerunt, paululumque ab insania remi-  
serunt, ut jam rari reperiantur Böhmi sequaces, vi-  
deanturque non pauci errores pristinos deleruisse &  
Ecclesiæ nostræ sanctissimam fidem sincerius ample-  
cti. Quod ut & apud nos divina gratia tandem fiat  
ex animo precamur. Quod superest, ad dulcissi-  
mam Patriam me converto & religione pietatis ob-  
strictus Deum T. O. M. supplex oro ac veneror,  
ut eam à fanaticis imposterum tutam, tranquillam, &  
inconcussam, in puriore vero Evangelii doctrina integrum  
firmamq; clementissime conservet & Vratislaviam inpri-  
mis, Vrbem Littera duplicata insignem sub pio & justo  
Augusti LEOPOLDI imperio in hac temporum conversione  
rebus semper integris salvam, fortunatam, florentemque  
præstet!

(c) Conf. B. Kortholt. H. E. Sec XVII. §. 18. & Epist. An. 1691.  
20. Nov ex celebri Emporio S. Michaelis Archangeli ad Pastorem  
evendam scripta & cum doctis viris benevole communicata à Plur.  
Rev. Dn. Benthemio im Holländ. Kirchen und Schulen Staat/  
Part. II. Cap. IV. §. 76. p. 344. sq. Anon. Moscovit. Kirchen Staats/  
Cap. IV. ex eoque Cl. Tenzel. in Monatl. Unterred. 1698. M.  
Apr. p. 328. seqq. Ad. Et. Francisci contra M.

Matth. p. 91.

SOLI DEO GLORIA !

OS (O) SO



Typis

